Digitized by Google

37
38 B
23

MAG 4536

Digitized by Google

Digitized by Google

JURISPRUDENTIÆ
ECCLESIASTICÆ UNIVERSÆ
LIBRI IX.
TOMUS OCTAVUS
COMPLECTENS
JUS MONACHALE CATHOLICORUM.

Nove non nova. Vincent. Lirinenſis in Comm.

VENETIIS MDCCXCIII.

TYPIS SIMONIS OCCHI.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

Digitized by Google

AD LECTOREM.

VEtus querela eſt, Chriſtianam Rempublicam, atque Eccleſiaſticam diſciplinam de ſpatio, curriculoque Majorum noſtrorum valde admodum deflexiſſe, eoque jam adductam eſſe, ut priſtinus illius candor, ac nitor infuſcatus penitus ſit, atque inobſcuratus. Hæc vox eorum omnium propria ſemper fuit, quos novarum rerum ſtudium, ac cupiditas pupugit, atque jam inde a primis Eccleſiæ Sæculis ab Manichæis, Luciferianis, Donatiſtis uſurpari ſolita. (Vid. S. Auguſtin. Lib. de Morib. Eccl. cap. 34, S. Hieronym. Dialog. ad Luciferian. S. Auguſtin. Lib. II contra Petilian. cap. 51.) Neque ulla Hæreſis unquam infeſta adverſus Eccleſiam ſigna ſuſtulit, quin prius hac tuba bellicum cecinerit. Hujuſce certe buccinæ ſonitum atrociſſimi contra Religionem belli prænuntium ſuo furori, facibus, ac tædis præmiſerunt Lutheranæ, ac Calvinianæ conjurationis duces, atque ſigniferi. Hanc ipſam cantiunculam inſtaurant modo, atque omnium auribus inſuſurrant Janſeniſtæ acerbiſſima, atque omnium calamitoſiſſima in Chriſtianam Rempublicam arma laturi. Hoſce enimvero Præficas dixeris, quæ Eccleſiaſticæ diſciplinæ fato jam functæ nenias canunt, aut mortuaria lexidia, quæ ſuam lamentari Matrem mortuam videantur. Nullum iis tempus eſt, nullus locus, qui hac querela omnino vacet. Hæc aſſidet illorum circulis, hæc intereſt eorum congreſſibus, atque collo-

quiis,

Digitized by Google

quiis, hæc eorum diſputationibus materiam flammaſque miniſtrat. Interea ſuis hiſce plangoribus, & lamentationibus improvidas imperitorum hominum mentes occupant, faſcinant, irretiuntque, Reformationis ſitim commovent, atque ita pedetentim novitati viam ſternunt, ac muniunt. Ac ne in novandarum atque adeo evertendarum rerum ſuſpicionem veniant, novitatem antiquitatis nomine tegunt, ac velant, eamque purioris vetuſtatis cortice obductam incautis auribus ingerunt, unaque virus afflant peſtilentiſſimum.

Vides hinc, candide Lector, hanc querelam ſeditionum omnium ſegetem eſſe, quæ in Eccleſia commoventur, concitanturque, ac fontem, unde omnium Sæculorum hæreſes, ac ſchiſmata pullularunt. Danda igitur opera eſt, ut haſce triſtes voces compeſcamus, illarum fucum abſtergeamus, omnemque novandis rebus materiam ſubtrahamus, ac tot malorum ſemen extinguamus, deleamuſque. Quid autem facilius, ſi doceamus, Apoſtolicorum temporum diſciplinam in pluribus Chriſtianorum Ordinibus ſuperſtitem adhuc eſſe, primorum Chriſtianorum mores, ac primævæ Eccleſiæ juſſus etiamnum in plurimis Eccleſiaſticorum hominum familiis vivere, incolumes eſſe, ac ſanctiſſime cuſtodiri? Nos non indigere atratis hiſce Præceptoribus, quibus noſmet reformandos, ac recoquendos tradamus, & a quibus ementitæ antiquitatis commenta diſcamus? Habere nos veram, vivam, ſpirantemque primitivæ Eccleſiæ Effigiem in permultis Religioſorum virorum Societatibus, quas Eccleſia tamquam antiquæ diſciplinæ exemplar alit, fovet, & ad imitandum nobis proponit, a quibus noſtrorum morum Reformationem petere poſſumus?

At quid eſt, quod hi noſtri Ephori nihil minus in Chriſtiana Republica pati poſſunt, quam haſce Religioſas ſocietates, qui Reformationis ſuæ initia ab harum omnium exſtinctione auſpicati ſunt? Sentiunt vaferrimi homines, ac veteratores, quamdiu Religioſi Ordines Sanctioris antiquitatis cuſtodes, conſervatoreſque ſuperſunt, non poſſe ſe novam ſuam doctrinam ac diſciplinam pro veteri, Apoſtolicaque venditare, atque obtrudere.

Juverit igitur in hiſce, quas de Monachis, ac Regularibus inſtituo diſputationibus, unamquamque virtutem, quæ in primorum temporum Chriſtianis luxerunt, ſplenduerunt que ſingillatim attingere, ac percurrere, eaſque

que omnes in Cœnobitarum Sodalitatibus adhuc regnantes, atque florentes perſpicere. Ita planam fiet, Eccleſiæ ſanctitatem eamdem nunc eſſe, quæ principio fuit, non eadem fortaſſe Chriſtianorum multitudine gaudentem, ſed eadem certe virtutum magnitudine coruſcantem, non eodem forte alumnorum numero ovantem, ſed iiſdem tamen meritorum numeris triumphantem, locum aliquando mutaſſe, at ſedem ſuam nunquam deſeruiſſe, ſemperque immotam hæſiſſe illi Eccleſiæ, quæ Petro, illiuſque Succeſſoribus veluti ſolidiſſimæ baſi, ac fundamento innixa eſt.

Digitized by Google

NOI RIFORMATORI

DELLO STUDIO DI PADOVA

AVendo veduto per la Fede di Reviſione, ed Approvazione del *P. F. Gio: Tommaſo Maſcheroni* Inquiſitor Generale del Santo Offizio di Venezia nel Libro intitolato: *Juriſprudentia Eccleſiaſtica Univerſæ Libri IX. Tomus Octavus complectens Jus Monachale Catholicorum MS.* non v'eſſer coſa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Atteſtato del Segretario Noſtro, niente contro Principi, e buoni Coſtumi, concediamo Licenza a *Simon Occhi* Stampator di Venezia, che poſſi eſſere ſtampato, oſſervando gli ordini in materia di Stampe, e preſentando le ſolite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 28 Decembre 1792.

(GIACOMO NANI CAV. RIF.
(
(FRANCESCO PESARO CAV. PROC. RIF.

Regiſtrata in Libro a Carte 191; al Num. 23.

Marcantonio Sanfermo Segret.

Adì 28 *Decembre* 1792.

Regiſtrato a Carte 174 nel Libro del Magiſtrato degl'Illuſtriſs. ed Eccellentiſs. Signori Eſecutori contro la Beſtemmia.

Antonio Cabrini Segr.

J U-

JURISPRUDENTIÆ

ECCLESIASTICÆ UNIVERSÆ

LIBER OCTAVUS.

DE JURE MONACHALI.

QU. I.

Cuinam ſuccedunt in Eccleſia Monachi, ſeu Regulares?

§. I. CHriſtiana Reſpublica, uti aliæ omnes, conſtat ex Præfectis, ex Miniſtris, ex Populo. De Præfectorum, atque Miniſtrorum juribus, & Muneribus dictum a nobis eſt ſuperioribus Libris. Reſtat, ut etiam de populi partibus & officiis diſſeramus.

Ab primævæ Eccleſiæ Hieroſolymitanæ populo diſputationis noſtræ curſum auſpicemur. Hujuſce mores ita deſcribuntur a D. Luca. *Erant perſeverantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractionis panis, & Orationibus* (Act. II, 42). *Omnes etiam qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia* (a). *Poſſeſ-*

(a) Fleury de primorum Chriſtianorum moribus Tom. I, Cap. unic. In communi tamen omnes vivebant, bonis, quæ quiſque poſſideret, divenditis, pecuniam vero ex eorum venditione redactam primum quidem Apoſtoli, deinde ſeptem Diaconi tanta fide & prudentia diſpertiebant, nemo ut in illa multitudine inops eſſet. Atque hæc erat inſignis illa, & opere ipſo luculenter expreſſa idea æqualitatis bonorum, vitæque perfecte ſocialis forma, quam antiqui Legislatores, ac Philoſophi ſtatuebant eſſe certiſſimam ad felicitatem viam; etſi eamdem reipſa conſequi nequicquam adlaborarint. Huc ſpectabat lex illa Minois, publicas in Creta inſula menſas inſtrui jubentis: huc Lycurgi collineabant edicta, quidlibet agentis, ut divitias & luxum e Lacedæmonia proſcriberet. Denique modum hac in re prætergreſſus Plato, dum omnia voluit eſſe communia, familias ipſas, ſublato earûm diſcrimine, exæquari inter ſeſe voluit. Intelligebant iſti nimirum, ad ineundam vitæ perfectam ſocietatem in primis opus eſſe, ut e medio tollantur *meum & tuum*, atque priva-

ſeſſiones & ſubſtantias vendebant, & dividebant illa omnibus, prout cuique opus erat, quotidie quoque perdurantes unanimiter in templo, & frangentes circa Domos panem ſumebant cibum cum exultatione, & ſimplicitate cordis, collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem (Act. II, 44). *Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una, nec quiſquam eorum, quæ poſſidebant, aliquid ſuum eſſe dicebat; ſed erant illis omnia communia . . . neque quiſquam egens erant inter illos . Quotquot enim poſſeſſores agrorum, aut Domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apoſtolorum. Dividebatur autem ſingulis, prout cuique opus erat* (b).

§. II. Ex hiſce plane perſpicimus, quantopere primi illi Chriſtiani annisi ſint, ut moribus ſuis eam Chriſtianæ Religionis formam exprimerent, quæ Chriſti præceptis, conſiliis, monitis, ſtudiis, actionibuſque apprime reſponderet, omnique ex parte reſonaret. Illud etiam intelligimus, Eccleſiam jam inde ab ſuis incunabulis, non ſat habuiſſe vivendi rationem divinitus inſtitutam ore tradere, optimamque virtutum, ac morum diſciplinam verbis edocere, at præterea & vivam ſpirantemque tabulam propalam collocare voluit, in qua ea omnia, quæ a Chriſto Domino imperata, aut commendata erant, accuratiſſime expreſſa, efficta-que cernerentur; inſignem illum ſtatuarum opificem imitata, qui cum regulas præſcripſiſſet, quas in ſtatua hominis fingenda obſervari oporteret, eodem tempore ſtatuam a ſe factam propoſuit, in qua omnia diligentiſſime obſervata erant.

§. III. Hæc tabula tam bene picta ne deleretur, neu decoloraretur, neve ullo unquam tempore deficeret, omni ope, omnique ſtudio nunquam non laboravit Eccleſia, in eoque cunctæ illius curæ, ac cogitationes evigilaverunt, ut aliquis ſaltem Chriſtianorum ordo ſemper eſſet, qui expletam, abſolutamque Chriſtianæ vitæ rationem, eminentemque omnium virtutum effigiem, atque imaginem moribus ſuis, actionibuſque referret.

§. IV. Hic Chriſtianorum ordo ad omne virtutum genus connitens primo floruit in Eccleſia Hieroſolymitana,

---

torum commodorum reſpectus procul arceantur: hoc illi pœnarum metu extorquere, hoc ratiocinando perſuadere hominibus fruſtra conati ſunt; ſolius enim divinæ per Chriſtum gratiæ opus id futurum erat, utpote quæ ſola flectere hominum voluntates, & naturæ corruptionem ſanare valet.

(b) Faciem Hieroſolymitanæ Eccleſiæ in Commentariis *de rebus Chriſtianorum ante Conſtantinum Magnum* exhibet Joh. Laurentius Moſhemius pag. 112, ſeqq. ſed erroribus ſuæ ſectæ fœdatiſſimam.

Ad exercitationes Chriſtianorum Hieroſolymitarum a S. Luca in *Actis* deſcriptas quod adtinet, adeundi Salmero, Sanctius, Lorinus, aliique Actorum interpretes, quos idem Fabricius Cap. V percenſet. Neque omittas Joh. Stephanum Menochium *in hiſtoria ſacra de Actibus Apoſtolorum* Romæ 1634, 4, & Bartholomæum Peverellium ſuis in Lectionibus *ſopra il ſanto Libro degli Atti Apoſtolici*. *Verona* 1767, 4, T. I, Lect. X.

Digitized by Google

tana, ſuoſque omni tempore in aliqua Chriſtiani Orbis parte habuit ſucceſſores. Quod ſi quæris, quinam noſtris temporibus Hieroſolymitanæ Eccleſiæ Fidelium locum teneant; tot, tantarumque virtutum hæredes digito monſtrari poſtulas, eos in Monachorum, ac Regularium Ordinibus inventos tibi dabimus.

§. V. Operæ igitur pretium factu-ri erimus, ſi harum Sanctarum Societatum, quæ in Chriſtiana Republica aliæ aliis ſuccreſcere, aliæ ex aliis continenter propagari nunquam deſierunt, perennem continuatamque ſucceſſionem evolvamus, earumque virtutes, ac meritorum præſtantiam, atque magnitudinem palam faciamus.

Digitized by Google

QU. II.

Evangelica paupertas, atque Apoſtolica vivendi ratio quamdiu viguit in Eccleſia Hieroſolymitana?

§. I. Sunt (*a*), qui putant, hanc tam præclaræ vitæ rationem in Eccleſia Hieroſolymitana tamdiu viguiſſe, quamdiu a procellarum fluctibus tuta fuit; ſed poſtquam ſæva tempeſtas coorta fuit, ac Stephanus lapidibus ad necem datus, cæterique diſcipuli omnes fuſi, fugatique fuerunt, tum illam vitæ bonorumque communionem diſſiluiſſe; idque eo fidentius affirmant, quod poſt illud tempus in Actis Apoſtolorum nulla amplius bonorum communionis mentio occurrat. (Card. Thomaſ. in Lib. de Paupert. Monach.)

§. II. At nonne conſtat ex Act. VIII, 1, Apoſtolos omnes etiam poſt Stephani mortem ſubſtitiſſe Hieroſolymis, nec una cum diſcipulis ſe ſe in fugam conjeciſſe? Non igitur dubitandum, quin Apoſtoli, quamdiu Hieroſolymis ſimul una fuerunt, incœptum vitæ curſum retinuerint. Nec a vero abeſt, Apoſtolos Hieroſolymis poſt diſcipulorum fugam commorantes alios Fideles ad Chriſti cultum evocaſſe, cumque iis bonorum communionem integraſſe, cujus etſi poſtea non meminerit Divus Lucas, nihil tamen addit, quod illius diſſolutionem indicare valeat. Quinimmo Divus Paulus aliquot poſt annos ab Ro-

(a) Mamach. O. & A. Chriſtian. Lib. III, pag. 285. Ego vero ſic exiſtimo, Chriſtianos primorum temporum, hoc eſt eos, qui ante Stephani mortem Hieroſolymis florebant, aut omnia, quæ poſſidebant, venum dediſſe, profeſſoſque fuiſſe *voluntariam*, ut vocant, paupertatem, Eccleſiæque ſubſidiis victitaſſe, aut exceptis ædibus, in quibus habitarent, reliquas, ſi quas haberent, domos, ac fundos etiam, ſi quibus potirentur, quique neceſſarii ad vitam eorum ſuſtentandam non eſſent, divendidiſſe, pretiumque Apoſtolis numeraſſe, ut pauperibus diſtribueretur, quemadmodum iiſdem Apoſtolis viſum eſſet opportunum. Cæterum integrum cuique eorum fuiſſe retinere, ſi vellet, adminiſtrareque facultates ſuas, iiſque ſic uti, ut ſuperfluum gentibus erogaret, modo animo ab omni eorumdem facultatum cupiditate ſoluto, atque alieno eſſet. Ac conſulto equidem ante Stephani mortem dixi, propterea quod, poſteaquam Protomartyr ille obrutus lapidibus ab Judæis fuit, nulla fiat communionis bonorum in Apoſtolorum Actis commemoratio, ut ſapienter eſt obſervatum a Ven. Card. Thomaſio, ſumma & eruditione, & gravitate, & innocentia viro, in eo libello, qui de paupertate Monachorum inſcribitur, ſervaturque Mſ. in Bibliotheca Eminentiſſimi Cardinalis Paſſionei.

Digitized by Google

Romanis, Corinthiis, Galatis, Macedonibus pecuniam corrogans, qua Hieroſolymitanæ Eccleſiæ egeſtatem levaret, (Epiſt. ad Rom. XV, 26, I ad Corinth. XV, 1.) magno eſt argumento, illius Eccleſiæ Fideles in Evangelicæ paupertatis profeſſione adhuc perſtitiſſe. (Vid. Hiſt. Litter. Ital. Antonii Franciſci Zaccheriæ Tom. V, pag. 507.)

§. III. Si, quod ego hac de re ſentiam, dicere auſim, Hieroſolymitanæ Eccleſiæ Fideles illud vitæ inſtitutum, quod & rerum ſuarum abdicationem, & bonorum omnium communionem juberet, ad Urbis uſque excidium produxiſſe exiſtimo. Nec erat, cur ante illud tempus de ulla bonorum ſuorum poſſeſſione retinenda cogitarent Chriſtiani Hieroſolymitæ, cum jam ex Chriſti vaticinationibus, atque reſponſis didiciſſent, (Matth. XXIV, 2, 15, Luc. XIII, 35, XIX, 43.) brevi futurum, ut Urbs tota excinderetur, deleretur-que, atque univerſus earum omnium rerum interitus fieret.

QU. III.

QU. III.

Hæc tam præclara vivendi ratio obtinuit ne etiam in Eccleſia Alexandrina?

§. I. Magna mihi eſt Opinio, eos, qui primi Chriſto nomen dederunt, quique in Hieroſolymitanam Eccleſiam confluxerunt, fuiſſe ex numero Eſſæorum. Ita ut credam, multa faciunt. Primum, quod Eſſæi vocarentur (*a*), qui Chriſti vexilla ſunt ſecuti, antequam Chriſtianorum nomen eſſent adepti. Deinde; quia nec ovorum tanta inter ſe ſimilitudo eſſe videtur, quanta inter Eſsæorum mores (*b*), & primorum Chriſtianorum, qui Hieroſolymis floruerunt. Tandem, quod Eſſæi

(a) S. Epiphanius Hær. XXIX, n. 4. Γιεσσαῖοι ἐκαλοῦντο πρὶν τοῦ καλεῖσθαι οἱ εἰς χριστὸν πεπιστευκότες. Epiphanius ſumpſit Jeſſæos pro Eſſæis. Hoc ideo contigit, quod in iis Libris, ex quibus id ſumpſerat, irrepſerat error Librariorum, qui pro *Eſſæis* ſcripſerant *Jeſſæos*. Vid. Mamach. O. & Ant. Ch. Lib. I, C. I, §. 4.

(b) Joſephus Lib. II de Bello Jud. Cap. VIII, Eſſæorum mores deſcribit hoc modo. Iſti a voluptatibus tanquam a ſcelere abhorrent; continentiam vero ſervare, & cupiditatibus non ſuccumbere pro virture maxima diſcunt . . . Matrimonium tamen, & ſucceſſionem legitimam non tollunt, ſed ſibimet a procaci mulierum petulantia cavent . . . Quin & divitias contemnunt, & admiranda plane inter eos obtinet bonorum communio . . . Lege ſancitur, ut qui iſti ſectæ nomen ſuum dare velint, facultates ſuas ſodalitio communes faciant, adeo ut inter omnes neque egeſtatis humilitas, neque opum vis immodica appareat, ſed permixtis ſingulorum facultatibus, unum omnium ſit tamquam fratrum patrimonium. Vide cetera, quæ ſequuntur.

De Eſſæorum inſtitutis, religione, ac moribus multa diſſerunt Joſephus locis indicatis, & Philo in eo libro, qui inſcribitur: *Quod omnis Probus ſit liber*. Hi tamen duo Scriptores multis in rebus inter ſe diſſentiunt: Ejus vero diſſenſionis hæc fortaſſe eſt cauſſa, quod Joſephus Eſſæorum Palæſtinorum mores perſpectos magis, quam Philo haberer, qui Ægyptiorum Eremitarum ex Judæis doctrinam, inſtitutionemque noverat. Meminerunt etiam Eſſæorum Plinius Hiſt. Nat. lib. V, cap. XVII, & Porphyrius in libris de abſtinentia. Novos Scriptores, qui hoc in genere argumenti verſati ſunt, accurate recenſet Johannes Chriſtophorus Wolfius *Biblioth. Hebraicæ parte II, pag.* 817, *& ſeqq.* quibus adjungi poſſunt Johannes Franciſcus Buddæus H. E. *vet. Teſt. Tom. II, pag.* 1212, *& ſeqq.* Johannes Clericus H. E. ſæc. I, & II, *Prol. S. I. cap. V*, Eumannus *Act. Philoſ. vol. III, pag.* 504, Moſ-

ſri Judæorum omnium eſſent ſapientiſſimi (c). Neque enim fieri poterat, ut qui ſapientia præditi erant, Chriſti Doctrinam audirent, eique non aſſentirentur. Quæ omnia nos cogunt exiſtimare, Eccleſiam Hieroſolymitanam ex iis Eſſæis conſtitiſſe, qui judaicas ſuperſtitiones cum Chriſtiana Religione commutaverant.

§. II. Quod de Eſſæis in Eccleſia Hieroſolymitana, id & de Therapeutis in Eccleſia Alexandrina dicendum puto. Hi enim, ſive Eſſæorum (d), ſive aliorum Judæorum ſoboles, cam cer-

---

Moshemius *Inſt. Hiſt. Eccl. ſec. 1, part. 1, cap. II, §. 12, & ſeqq.* & Jacobus Bruckerus Hiſt. Philoſ. part. II, *lib. II, cap. 1, §. XXVII, & ſeqq. pag. 757. & ſeqq. Tom. II.*

(c) Philo in lib. De probi viri libertate laudans Eſſenos, ſicuti apud Perſas Magi, apud Indes Gymnoſophiſtæ; ita apud Judæos ait fuiſſe Eſſenos, nimirum ingenti virtutis omnis ſtudio florentes.

(d) Joannes Haiden in Diſſ. de Therapeutis. Qui Scaligerum ſequuntur, ita eoſdem Therapeutas inter Judæos referunt, ut celebri Eſſenorum familiæ ſimul illos inferant. *Nihil prohibet ſuſpicari*, ait Clariſſ. Vernejus, Eques torquatus, & Archi-Diaconus Eborenſis (*in appar. p. 352*) *fuiſſe collegia aliqua Eſſenorum, qui majori contentione meditationi legis vacaverint, ea quippe de illis prodit Philo, quæ non niſi in Eſſenos quadrant.* De duobus certe ait Eſſenorum generibus, quorum illi Praticam, hi Theoreticam profitentur vitam: de iis quidem libro præcedenti περὶ βίου πρακτικοῦ, σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον: de his vero in hoc περὶ βίου θεωρητικοῦ: utrumque autem ſibi cohærere ſatis clarum eſt ex libri primi ultimo nominati verbis, quæ ſic habent: *Poſtquam de Eſſenis diſſeruimus, qui vitam actuoſam exercent, omnibus, aut, quod minus invidioſum dictu eſt, plerisque felicius: ordo poſtulat, ut deinceps de iis, qui contemplationi dediti ſunt, dicamus.* Conſentit etiam vitæ ratio, quam inter ſe eamdem fere tenuerunt: utrique enim ſeſe ad Orientem ſolem precaturi convertebant: utrique a ſacrificiis abſtinebant, & idcirco templi aditu prohibebantur: utrique præterea continentiam perpetuam colebant, excepto uno Practicorum genere, quod Joſephus (*lib. 2, cap. 7, de B. J.*) τῶν γαμούντων, id eſt conjugum, appellat &c. Sed, cum ipſe Philo nullibi dicat, duo fuiſſe Eſſenorum genera, mirum eſt, inquit Beveregius, ſi alii ex libris ejus hoc eliciant; in toto enim libro de Theoreticis, ſeu ſupplicibus nuſquam eis Eſſenorum nomen tribuitur, immo ſtatim in operis ejus exordio ſcribit Philo, Θεραπευτὰς fuiſſe nominatos; mulieres vero ejuſdem inſtituti Θεραπευτρίδας. Fruſtra etiam in primis libri hujus verbis fundamentum aliquod opinioni adverſæ quæritur, nulla enim arte ex illis quis exsculpere poterit, Philonem de Eſſenis loqui. Generatim de iis, qui contemplationi ſe dediderunt, acturum ſe pollicetur; de Eſsenis ne quidem verbo meminit; ſed aperte hos a Therapeutis diſcernit, rationem adſerens ex nomine, unde id utriſque venerit. Eſſenis nempe a ſanctitate, ex voce Syriaca, *Haſi*, ὅσιος, *Sanctus*, unde *haſiutho* ὁσιότης, Sanctitas. Therapeutis autem ἀπὸ τοῦ θεραπεύειν τὰς τῆς ψυχῆς νόσους, a curandis animæ morbis, vel ἀπὸ τοῦ θεραπεύειν τὸ ὄν, a colendo Ente, quo nullum melius. At ſi Philo Therapeutas Eſsenis junctos, eoſdemque putaſsat, quid erat, cur eos per diverſa nomina, a diverſis originibus profecta diſtingueret? an quia Eſſeni actuoſam, hi contemplativam profeſſi ſunt vitam? Atqui nomina hæc nihil plane ad iſtam diſtinctionem conferunt; neque enim vox Eſsenus, τὸν βίον πρακτικὸν, neque Therapeuta θεωρητικὸν ſignificant. Quid? quod Joſephus diligentiſſimus ſcriptor, cum de Eſſenorum ſecta duobus locis ex profeſſo diſſeruit, tamen de illis Theoreticis Eſſenis ne mentionem quidem in-

Digitized by Google

certe vitæ morumque diſciplinam præ ſe ferebant, quæ cum Eſſenorum inſtitutis magnopere concinebat (*e*). Utriſque eadem rerum ſuarum abdicatio, utriſque eadem bonorum ſuorum inter ſe communio, utriſque earumdem virtutum profeſſio, niſi quod hi rerum divinarum contemplationi, illi actuoſæ vitæ ſtudiis magis dediti fuiſſe videntur. Igitur & Therapeutæ ad omne virtutum genus exculti, & præparati, a Divo Marco Ale-

---

contulerit, ſed alium tantum Eſſenorum ordinem ſtatuerit, cibos quidem, & mores, legeſque ſimiles habenrem, conjugio vern a cæteris diſcrepantem. Deinde ſi ea, quæ ipſe Philo de Eſſenis ſcribit, cum iis conſerantur, quæ de Therapeutis rradit, eos omnino diverſas familias conſtituiſſe clariſſimum erit. Ipſius enim verbis docemur, Eſſenos in Syria ſolum, & in Palæſtina domicilia habuiſſe; Therapeuras aurem per omnem Græciam, & Barbariam diſperſos, in Ægypto præcipue ad Marèotem cnnſediſſe, atque in hunc locum ceu in patrinm ſolum præſtantiſſimos quoſque ex hac familia commigraſſe. Eſſeni in vicis, Therapeutæ in ſolitudine a turbis ſecreti habitabant; illi ſedes ſuas, ad quas religionis cauſa conveniebant, more Judænrum Synagogas, hi σεμνεῖα καὶ μοναστήρια appellabant; illi muliebrem ſexum averſabanrur plurimi; hi θεραπευτρίδας in iiſdem ſecum alebant ædibus, ritus denique in ſacris obeundis, nec non in rractandis negotiis civilibus, mores item prorſus diſpares, atque ſtudia diſſimillima Eſſeni ab his habebant, ut quilibet (ſi, quæ Philo, Joſephus, & Plinius de illis tradiderunt, cum iis, quæ de Therapentis ab nno Philone teſtata ſunt contulerit) facile videbit.

(e) Philo in Libr. de Vit. contempl. Huic vitæ (Therauperarum) inſtitutn, qui ſe addicunt, non ex more rngati id faciunt, ſed amore cnrrepti rerum cœleſtium, & quaſi furore divinn perciri, donec ad cnntemplationem illam deſideratiſſimam perveniant. Deinde præ immorralis, beatæque vitæ cupidine, quaſi jam hac mortali defuncti, facultates ſuas relinquunt liberis, aut cognatis, ultro eis poſſeſſiones cedendo, atque etiam ſociis & amicis, ſi cognati deſunt. Relictis his, fugiunt ſine reſpectu fratrum, liberorum &c. deſerunt numeroſas cngnationes, ſocietates, &c. ipſas denique patrias, in quibus geniti, educatique ſunt, quandoquidem conſuetudo magnum momentum habet ad allectandos homines.

Demigrant autem non in aliam civitatem ſicut ſervi, qui ſe vendi heris aliis impetrant miſeri! ut qui ſervirutem mutant, non effugiunt ... ſed extra mœnia degunt in hortis aut villis ſolitariis, amantes ſolitudinem, non hominum odio, ſed ad cavendos cnngreſſus cum diſſimilibus, quns ſciunt mnribus bnnis officere. Hoc genus reperitur in multis orbis regionibus, merito ut abſolutæ probitatis receptum a Græcis, atque Barbaris; maxime tamen in Ægypto frequentatur per præfecturas ſingulas, præſertim circum Alexandriam. Ex nmnibus autem locis optimus quiſque Therapeutarum tanquam in hujus generis patriam colnnus mittitur in locum quemdam aptiſſimum ſitum ad ſtagnum *Mariam* in terreno cnlle, acclivi leniter, rutum ſimul, & laudatum ab aeris temperie; ſecuritatem enim ei præſtant villæ, vicique proximi.

Dnmicilia vero convenarum ſunt admodum frugalia, parara contra æſtum tantummndo & frignra; non conrigua, ut in urbibus, nec tamen lnnge remota, quia ſocietatem diligunr, ut ſibi poſſint invicem ſuccurrere contra latronum incurſus fortuitns. Singuli habent ſacrum ædificium, quod μοναστήριον & σεμνεῖον *ſemeneum & monaſterium*, vocant, ubi ſolitarii ſanctæ vitæ myſteriis dant operam; nec cibi potuſve quidplam eo inferunt, aliudve

Digitized by Google

Alexandriam Ægyptumque divinis imbribus perfundente omnium primi in Chriſtianorum album cooptari meruerunt, ad eamque vitæ perfectionem, virtutiſque præſtantiam enixi ſunt, ut Eccleſia Alexandrina Hieroſolymitanæ Eccleſiæ æmula haberetur, & eſſet, cumque ea de ſanctitate contenderet. Jamque obtinuerat, ut quemadmodum Eſſæi Hieroſolymis, ita

---

ve in uſum corporis: ſed legem tantum, & Prophetarum oracula, hymnos, & quædam alia pietati ſcientiæque promovendæ utilia. Itaque perpetuam Dei habent memoriam, ita ut ne in ſomnis quidem aliud eis obverſetur. Et ſunt, qui ſomniando etiam produnt præclaras ſacræ philoſophiæ ſententias.

Quotidie bis precari ſolent, mane, ac ſub veſperam: oriente ſole petentes diem vere felicem, utque mentes eorum cœleſti repleantur lumine: occidente vero, ut anima in totum exonerata ſenſibus moleque rerum ſenſibilium, veritatem veſtiget in conſiſtorio domeſtico. Medium vero Matutini, veſpertinique temporis interſtitium totum meditationi attribuitur. Verſantes enim ſacra volumina dant operam philoſophiæ per manus acceptæ a majoribus, ſcrutando ejus allegorias. Habent etiam priſcorum commentarios, qui hujus ſectæ auctores multa reliquerunt monumenta de allegoriis ejuſmodi, ad quorum imitationem ſe accommodant. Itaque non ſolum contemplantur, ſed etiam cantica, hymnoſque in Dei laudem componunt vario metrorum, carminumque genere. Per ſex dies ſeorſum, quiſque in ſuis illis modo dictis Monaſteriis philoſophantur; non progredientes foras, immo ne proſpicientes quidem.

Septimo die conveniunt in cœtum communem; & juxta ætatis ordinem conſident decenti habitu, manus continentes ſub pallio, dexteram inter pectus barbamque, ſiniſtram applicatam lateri. Tum progreſſus in medium natu maximus, & dogmatum ejus ſectæ peritiſſimus, diſſerit vultu ad gravitatem compoſito, voce moderata, non ſine magna prudentia, ſecus quam oratores, aut ætatis noſtræ ſophiſtæ oſtentatores eloquentiæ. Reliqui omnes auſcultant per ſummum ſilentium, annuentes oculis tantum, aut capite.

Id commune *ſemeneum*, in quod ſeptimo quoque die conveniunt, ſepto clauditur duplici, ſeparatis virorum & mulierum, quæ ſimul auſcultant, cœtibus; medius autem paries a ſolo ſurgit tribus quatuorve cubitis, in modum loriculæ: ſuperiora uſque ad tectum patent. Hoc modo & pudori feminei ſexus conſulitur, & verba doctoris exaudiuntur facile abſque obſtaculis.

Temperantiæ tamquam fundamento in animum jacto, virtutes cæteras ſuperſtruunt: neque cibum, nec potum quiſquam ſumit ante ſolis occaſum, quod ſapientiæ ſtudium luci convenire judicent, tenebris vero curam corporis. Nonnulli ex his vix tertio quoque die famem ſentiunt, attenti magis ad diſciplinarum ſcientiam. Nec deſunt, qui perdurent duplum ejus temporis; & vix ſexto die deguſtant cibum neceſſarium; adſueti ſicut cicadæ rore vivere, canticis opinor ſolantes inediam. Septimo tamen die, ut feſto, ſacratoque, poſt curam animi corpus quoque reficiunt.

Pane utuntur ſimplici: ſal vicem ſupplet obſonii. Qui delicatiores ſunt, hyſopum pro condimento adjiciunt, potum e fluentis hauriunt, abſque omnibus lenociniis, fruendo rebus ſine quibus non licet vivere. Edunt igitur, ne eſuriant; bibunt, ne ſitiant, ſaturitatem cavendo, ut inimicam animo pariter, & corpori. In veſte, uti in ædium tegmine, eadem apparet ſimplicitas ad arcendos calores, & frigora: pro pelliceis craſſa tunica in hieme, æſtate vero exomiis, aut interula. In univerſum exercent modeſtiam, ut fontem veritatis: ſicut e faſtu mendacium prognatum autumant.

ita Alexandriæ Therapeutæ dicerentur, qui Chriſto nomen ſuum profitebantur. (Vid. Euſeb. Lib. II, cap. XVII.)

§. III. Hoc nomen Chriſtianæ Civitatis jure donatum permultis ſcriptoribus perſuaſit, Therapeutas in Eccleſiæ ſinu natos, alioſque fuiſſe, nec quemquam hoc nomine appellatum fuiſſe, qui Chriſtianus non eſſet.

Numeros in primis obſervando, poſt ſeptem hebdomadas elapſas conventus ſuos inſtaurant venerati non ſolum ſimplicem ſeptenarium; ſed & vim ejus multiplicem. Tempus iſtud profeſtum eſt maximæ feſtivitatis, incidentis in numerum quinquagenarium ſanctiſſimum, & naturæ gratiſſimum. Ubi vero convenere candidati, & læti cum ſumma gravitate ad ſignum datum a quopiam Ephemereuta, (ſic hujuſmodi miniſtros nominant) priuſquam diſcumbant, ſtantes una ſerie decenter, ſublatiſque ad cœlum manibus atque oculis, his quoniam didicerunt ſpectare cœleſtia; illis utpote incorruptis a muneribus, & a quæſtu illicito, precantur, ut Deo placeat id convivium.

Abſolutis precibus ſeniores diſcumbunt, ac mox alii pro cujuſvis dignitate: nec enim ſeniores ex annis æſtimant; ſed quantumlibet grandævos habent pro pueris, ſi ſero Inſtitutum hoc ſunt amplexi.

Adhibentur menſæ feminæ quoque, anus pleræque, ſed virgines ſponte continentes præ amore ſapientiæ. Diſcubitus ita diſtribuitur, ut ſeorſum viri dextrum latus, ſeorſum feminæ ſiniſtrum teneant. Quod ſiquis ſuſpicatur lectiſternia etſi non ſumtuoſa, certe molliuſcula parari hominibus ingenuis, & Philoſophiæ deditis; ſciat eſſe tegentes rudes e vili contexta materia, videlicet e papyro indigena, ſic humi aggeſtas, ut eminendo ſulciant cubitos.

In miniſterio non utuntur mancipiis: quandoquidem ſervitutem cum natura omnino pugnare autumant: nemo hic ſervus adeſt; miniſtrant ingenui, & ſponte quidquid opus eſt faciunt, juſſa non exſpectando, ſed præveniendo alacritate voluntaria. Hinc ingenuis delegatur hoc officium, habito delectu ex omni ſodalitatis hujus juventute, ut quiſque præclarum aliquod indolis ac virtutis ſpecimen edidit.

Diſcincti autem, & promiſſis tunicis accedunt ad miniſtrandum, ut abſit omnis ſervilis ſpecies ab hoc convivio.

Vinum per illos dies non præbetur, ſed aqua limpidiſſima, plurimis frigida, calida vero iis, qui inter ſeniores tractantur delicatius. Menſa pura eſt a cruentis dapibus: pro cibo panis apponitur, ſal pro obſonio, & pro condimento hyſopus nonnumquam, in delicatorum gratiam. Vinum habent pro veneno afferente dementiam; opiparis autem obſoniis ajunt irritari concupiſcentiam, quæ bellua eſt inſaturabilis.

Poſteaquam convivis ordine ſuo diſcumbentibus adſtiterunt miniſtri decenter parati ad obſequium, nulla neſequitur compotatio; immo ſilentium majus quam antea, ita ut ne mutire quidem cuiquam liceat, aut reſpirare vehementius. Proponit quiſquam quæſtionem e ſacris litteris, aut etiam ſolvit ab alio propoſitam, nihil de ſolutione ſollicitus: nec enim captat laudem argutiarum, aut eloquentiæ. Omnes vero auditores ad illum unum differentem arrecti auſcultant, & intelligere ſe nutu, vultuque indicant; nec minore attentione juniores, qui diſcumbentibus adſtant, audiunt. Ubi vero præſes viſus eſt, rem bene tractando, ſatisfeciſſe auditorum deſiderio, plauſus editur ab omnibus. Tum præſes aſſurgens hymnum in laudem Dei primus canit, aut recens a ſe compoſitum, aut deſumtum ab alio vatum veterum. Exſtant enim hujus generis carmina priſca verſu trimetro, & hymni inter ſacra canendi ante altaria vel a ſtantibus, vel a choreas ducentibus moderatas variis flexibus atque reflexibus. Præſulem mox imitantur cæteri ordine decenti. In fine hymni, extremaque clauſula vocem extollunt ſine ſexus diſcrimine.

Abſolutis hymnis ſingulorum juniores di-

Digitized by Google

ſet. Contra vero alii plures, cum apud Philonem nonnulla Therapeutarum inſtituta ab Chriſtianorum moribus aliena offendant, eos Chriſtianorum numerum nullo tempore obtinuiſſe contendunt, negantque ullum unquam Chriſtianum extitiſſe, qui hoc nomine vocaretur (*f*). Tu inter utroſque medius tutiſſimus ibis, illudque ſtatue, Therapeutas, antequam in eas Regiones Chriſti Fides illata eſſet, inter Hebræos eſſe numerandos; poſtquam vero Evangelica lux iis etiam terris affulſit, in Chriſtianorum cenſu deſcribendos. (Vid. Ephemerides Trivultianorum an. 1712, Menſ.

---

dictam paulo ante menſam efferunt, in qua rite cibus ille ſacratiſſimus, panis fermentatus cum ſale apponitur, & hyſopo ob reverentiam ſacræ menſæ dedicatæ in Templi veſtibulo. Nam & in ea ſolent proponi panes cum ſale abſque condimento alio: ſed panes non fermentati, & ſal ſine ulla mixtura.

Cœnam ſequitur ſacrum pervigilium his ritibus: ubi omnes conſurrexere, duo chori fiunt in medio cœnaculi, alter virorum, alter feminarum, cuique ſuus dux & præfectus deligitur canendi peritia præſtans. Deinde cantant hymnos ad laudem Dei compoſitos partim ſimul conſonantes, partim alternis concentibus cum decoro manuum geſtu modulantes, & ſaltantes. Deinde, poſtquam uterque chorus ſeorſim explevit ſe his deliciis, velut amore divino ebrii permiſcentur, & e duobus choris unus fit. Itaque producta uſque ad matutinum hac comeſſatione honeſtiſſima, neque gravati crapula, neque nictantes, ſed excitatiores, quam cum venirent ad convivium, verſo ad auroram vultu, totoque corpore, quam primum ſolem orientem aſpiciunt, felicem diem, & veritatem, perſpicacemque mentis aciem ſibi comprecantur, atque ita precationibus abſolutis ad ſuum quiſque ſemeneum ſecedit, & ad negotiationem, culturamque conſuetæ Philoſophiæ.

(*f*) Neque vero recens hæc controverſia eſt. Euſebius Cæſarienſis Epiſcopus Philonem de Chriſtianis, qui in Ægypto verſarentur, locutum eſſe exiſtimavit in altero Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libro. Atque ejus deinceps Hieronymus aliique multi veterum ſequuti ſententiam ſunt. Contra Nilus Johannis Chryſoſtomi auditor Tractatu *De Monaſtica Exercitatione cap. III, pag. 2, ſeqq. Editionis Romanæ Suareſii ann.* 1673, & Photius *Therapeutas* Judæos fuiſſe omnino judicarunt, Chriſtianos autem nullo modo. Sunt vero antiquorum exemplum imitati novi. Etenim hos etiam video magna de hoc quæſtionis genere contentione certare. Ergo Therapeutas in numerum Chriſtianorum referunt Cæſar Cardinalis Baronius, Robertus Bellarminus item S. R. E. Cardinalis eruditiſſimus, Benedictus Bacchinius, Dionyſius Petavius, Nicolaus Serarius, Tillemontius, Montfauconus, Michael Lequienus, Heliotus; & e Proteſtantibus Guillelmus Beveregius, Thomas Bruno, Iſaacus Voſſius, aliique multi, quos ne ſim longus prætereo. Obſiſtunt his vero e noſtris Johannes Baptiſta Cotelerius, Antonius Pagius, Ludovicus Elias Dupinius, Johannes Bouyerus Senatus Divionenſis Præſes vir incredibili eruditione, Henricus Valeſius, P. Ceilerius, & Joſephus Auguſtinus Orſius vir ſumma rerum Eccleſiaſticarum peritia. E Proteſtantibus vero Jacobus & Samuel Baſnagii, David Blondellus, Guillelmus Caveus, Johannes Clericus, Martinus Kanckius, Franciſcus Junius, Henricus Kippingius, Stephanus Moyneus, Johannes Placetteus, Humfredus Pridæus, Johannes Richardſonus, Guillelmus Saldenus, Claudius Salmaſius, Joſephus Scaliger, Robertus Turnerus, utque ceteros prætermittam, Joannes Albertus Fabricius in eo, qui de Salutari Evangelii luce inſcribitur libro.

Menſ. Jun. art. 71.) Adverſaria autem omnia uno impetu everteris, ſi, ante Marci adventum in Ægyptum, Philonis librum de Therapeutis ſcriptum fuiſſe docueris (g).

QU.

(g) Mamach. O. & A. C. Lib. I, pag. 35. Multa ſunt, quæ impediant, quo minus exiſtimem poſt ſcriptum de Legatione ad Cajum a Philone librum, editum eum fuiſſe, qui de Vita contemplativa inſcribitur. Quod ſi verum eſt, erit profecto cur arbitremur, hunc de Vita contemplativa librum fuiſſe ante annum 40 æræ vulgaris perſcriptum; quo ſane tempore cum nulli eſſent a Marco in Ægypto Chriſtianis ſacris initiati, nulli item in eadem regione Therapeutæ Chriſtiani fuerint neceſſe eſt. Atque Euſebius cum libro II Hiſtoriæ Philonis opuſcula numerat, ante quidem recenſet libellos, qui de Eſſenis, deque Therapeutis eſſent, quam faciat mentionem *Legationis ad Cajum*. Series autem ea poſtulat, ut poſt illos duos libellos, vulgatam *Legationem* fuiſſe credamus. Cur enim poſt eos memoraſſet opus quod ante fuiſſet publicatum? Quid? Si eodem fere tempore uterque de *Eſſæis*, *&* de *Therapeutis* libellus perſcriptus eſt? Nam eſt is, quem ſecundo loco nominavi quaſi adjunctus priori. Incipit enim hoc modo: *Poſtquam de Eſſæis diſſeruimus, qui vitam activam exercent... Ordo poſtulat, ut deinceps dicamus de iis, qui ſunt dediti contemplationi*. Non eſt autem veriſimile, hunc qui conſequutus primum de *Eſſæis* eſt, diu poſt fuiſſe conſcriptum. At liber, in quo *de Eſſæis* eſt ſermo, non longe poſt editus a Philone fuit, quam Xanthii, obſidente Bruto periiſſent. Nam recentem dixit fuiſſe, cum ſcriberet, Philo excidii illius memoriam. Οὐ πρὸ πολλῶ, *non diu ante, vel non ante multum tempus*. Sed cum anno 710 Cæſar interfectus fuerit; anno autem 712 ſuperatus, atque devictus Brutus; obſeſſi vero Xanthii poſt Cæſaris interitum ſint, fit ita, ut ea obſidio anno V. C. 712 nequeat eſſe recentior. Quare ſi non πρὸ πολλῶ ſcriptus a Philone eſt de Eſſæis liber, anni triginta, vel quadraginta ab obſidione Xanthiorum ad ejus libri perſcriptionem fluxerint neceſſe eſt, non centum ac novem anni, ut poſcit Montfauconi ſententia. Nam ſi anno 68 æræ vulgaris perfectus idem fuiſſet, qui ſcilicet annus reſpondet octingenteſimo viceſimo primo ab Urbe condita anno, centum novemque anni excurriſſent ab excidio Xanthiorum (quod circa an. V. C. ſeptingenteſimum atque duodecimum diximus contigiſſe) ad ſexageſimum octavum æræ vulgaris, in quem Montfauconus libri de Therapeutis initia retulit. Quis autem credat poſt annorum centum ac novem ſpatium uſurpari hæc verba ab Judæo illo Scriptore potuiſſe οὐ πρὸ πολλῶ? Ac ſi a Xanthiorum caſu ad perſcriptum a Philone de Eſſæis librum anni quadraginta fluxerunt, concedendum eſt, circa annum V. C. 751 ſcriptum & hoc opus fuiſſe, & libellum, in quo agitur de moribus, atque Inſtitutis Therapeutarum. Perfecti ergo hi ſunt libelli tertio circiter ante æram vulgarem anno. Diu igitur ante quadrageſimum æræ Chriſtianæ annum, quo Philo ſcripſit *de Legatione* librum. At enim Chriſtus Servator anno 751 Urbis vix puer anni unius erat. Verum ſcripſerit per me licet, Auctor Judæus ſexageſimo anno poſt Xanthiorum excidium, quamquam eſt id creditu perdifficile; fuiſſet is annus V. C. 771, natuſque annos 21 Chriſtus fuiſſet. Quamobrem nondum is cœperat Chriſtianæ religionis fundamenta jacere prædicando. Itaque nulli tunc erant non in Ægypto modo, ſed in Judæa etiam Chriſtiani. Erant autem eo tempore Therapeutæ, cum de his Philo ſcriberet. Therapeutæ igitur Philonis

lonis non erant Chriſtiani. Illud quoque accedit, quod hoſce libellos tum Philo perfeciſſe credendus ſit, cum ei vacuum, ac liberum a negotiis tempus eſſet. Nam cur non ſcripſiſſet, cum deditus eſſet contemplationi? In vita enim occupata, quam tempore Caji ducebat, ita ut Romam etiam ſuorum nomine Legatus venerit, operam in ſcribendis libris locare qui poterat? Atque in eo qui de *ſpecialibus legibus* inſcriptus eſt, libro; poſtquam implicatus rebus, negotiiſque Reipublicæ fuit, erigere, dicit, nequiviſſe deinceps ſe, ut ab his rurſum animum ad ſtudium Philoſophiæ, contemplationiſque traduceret. Quod ſi hoſce libellos ante Caji tempora edidit Philo, Therapeutæ ſane, quos nominat, Marci diſcipuli eſſe non poterant, cum Marcus nondum navigaſſet in Ægyptum. Denique ſenem ſe, & quidem canum in *Legatione* vocat. At erat ſcilicet tunc ſatis provectus ætate. Etenim ſi *πρὸ πολλοῦ non ante multum* ab obſidione Xanthiorum, ut exempli gratia circa annum 740 V. C. libros ſcribebat, annum ſaltem ætatis viceſimum agens, neceſſe eſt ſcriberet. Ab anno autem V. C. 740, ad 793, quo functus Legatione eſt Philo, quinquaginta, & tres anni effluxerant. Quod ſi adjungas viginti, ſumma erit ætatis Philonis annorum ſeptuaginta trium. Atque ſi ſexageſimo octavo æræ Chriſtianæ anno editus a Philone liber *de Therapeutis*, ut videtur Montfaucono, eſt, dandum omnino erit, centum & unius anni ſenem Philonem fuiſſe, cum librum de Therapeutis perſcriberet. Id autem quemadmodum concedi, præſertim cum de libro pleno translationum, phalerarumque rhetoricarum agatur, poſſit, nullo modo prorſus intelligo.

Q U.

Q. IV.

Eccleſiæ Hieroſolymitanæ exemplum, præter Alexandrinam, aliæ ne Eccleſiæ ſequutæ ſunt?

§. I. PAulus Apoſtolus in ea, quam ad Corinthios primum ſcripſit Epiſtola, hæc habet XVI. 2: *De Collectis, quæ fiunt in Sanctos, ſicut ordinavi Eccleſiis GALATIÆ, ita & vos facite. Per unam Sabbathi UNUSQUISQUE VESTRUM APUD SE SEPONAT recondens, quod ei bene placuerit, ut cum venero, tunc Collectæ fiant.* Et in II ad Corinth. IX. 2: *Scio enim promptum animum veſtrum, pro quo de vobis glorior apud MACEDONES. Quoniam & Achaja parata eſt ab anno præterito, & veſtra æmulatio provocavit PLURIMOS .... UNUSQUISQUE, prout deſtinavit in corde ſuo, non ex triſtitia, aut ex neceſſitate; hilarem enim datorem diligit Deus.* Divus autem Lucas hæc ſacrarum literarum monumentis prodidit. *Diſcipuli autem, PROUT QUISQUE HABEBAT, propoſuerunt in miniſterium mittere habitantibus in Judæa Fratribus. Quod & fecerunt, mittentes ad ſeniores per manus Barnabæ, & Pauli.* Act. XI, 29. Ex hiſce facile intelligis, nec Corinthios, nec Galatas, nec Achaicos, nec Macedones, nec Antiochenos, nec aliarum Eccleſiarum Fideles omnes bona ſua omnia abdicaſſe, ac in Ærarium (*a*), ſuorum communionem contuliſſe. Quorſum enim illæ voces, *unuſquiſque veſtrum apud ſe ſeponat: Diſcipuli prout quiſque habebat &c.* ſi nihil unuſquiſque, aut ſinguli habuiſſent, quod ſuum, ac proprium eſſet, ſi omnia illis promiſcua fuiſſent, atque communia?

§. II. Qui Sancti Barnabæ teſtimonio utuntur, ut aliis etiam Eccleſiis eamdem, quam Hieroſolymitanæ, bonorum communionem affingant, illiuſque Epiſtolam (*b*) Judæis omnibus inſcriptam in medium afferunt, ii illius Epiſtolæ verba non ſatis exper-

(a) Olim Chriſtiani omnes *Fratres* appellabantur, & eorum congregatio, ſeu Eccleſia, Fraternitas. *Tertullianus in Apologet. cap. 39: Sed quod Fratres nos vocamus, infamant.* Idem de Præſcr. adv. hær. cap. 20: *Communicatio panis, & appellatio fraternitatis, & conteſſeratio hoſpitalitatis; quæ jura non alia ratio reget, quam ejuſdem ſacramenti una traditio.*

(b.) Natalis Alex. Hiſt. Eccl. in Sæc. I, Cap. XII, Art. VIII, Tom. IV, pag. 85. Sub nomine S. Barnabæ fertur Epiſtola, primum edita a viris doctiſſimis Hugone Menardo, & Iſaaco Voſſio; deinde a vi-

Digitized by Google

perrecto judicio ſunt trutinati. Leguntur quidem in ea Epiſtola hæc verba: *Communicabis in omnibus cum proximo tuo, nec quidquam dices proprium*. Sed illud etiam additur: *Noli porrigere manus tuas ad accipiendum, ad dandum vero contrahere*. Qui unquam dare potuiſſent, ſi nihil proprii habuiſſent? Illa igitur verba, *nihil dices proprium*, nihil aliud ſonant, quam id, quod veterum Græcorum Proverbium: *Amicorum omnia eſſe communia*, nimirum ſibi invicem opitulari, mutuamque ſibi opem ferre debere. Neque aliam ſententiam præ ſe ferunt Luciani illa in Peregrin. Tom. III Opp. pag. 338, num. XIII, ed. An. 1743. *Primus Legislator ipſis perſuaſit, omnes invicem eſſe Fratres, poſtquam ſemel tranſgreſſi, Græcos*

a viro clariſſimo & multæ lectionis, atque doctrinæ, Joanne Baptiſta Cotelerio, inter opera Patrum, qui temporibus Apoſtolicis floruerunt, Tom. I. An ſit apocrypha, vel genuina impræſentiarum quærimus.

Reſpondeo, eſſe apocrypham & ſuppoſititiam. Ita S. Hieronymus in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum, in BARNABA, ubi de hac Epiſtola ait: *Inter apocryphas Scripturas legitur*. Et lib. 13 Commentarii in Ezechielem ad verſ. 19, cap. 43. *Vitulum autem*, inquit, *qui pro nobis immolatus eſt, & multa Scripturarum loca, & præcipue Barnabæ Epiſtolà, quæ habetur inter apocryphas, nominat*. Et ante Sanctum Hieronymum Euſebius lib. 3 Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 19. iſtud tulit judicium: *Inter ſcripturas autem, quæ falſo inſcriptæ, minimeque germanæ dicuntur, Pauli Acta numerantur, & liber qui vocatur Paſtor, & Epiſtola nomine Barnabæ edita, & quæ dicitur Doctrina Apoſtolorum*.

Secundo: Si hæc Epiſtola eſſet Barnabæ, recepta eſſet ab Eccleſia; hæc enim conſecutio optima eſt. Unde Sanctus Auguſtinus lib. I contra Adverſarium Legis & Prophetarum, cap. 20, ut apocrypha ſub nominibus Andreæ, Joanniſque exſibilet atque explodat, hoc argumento utitur: *Si illorum eſſent, recepta eſſent ab Eccleſia*. Cum igitur Epiſtola Barnabæ jamdudum inter apocryphas ſcripturas recenſita ſit, dubium eſſe non debet quin ſit illegitimus fœtus.

Tertio, Apocrypha bifariam ſumuntur, (ut legentibus Romanam ſub Gelaſio Synodum perſpicuum eſt) vel pro pſeudepigraphis, & quorum ſecreti Auctores atque incogniti: vel pro iis quæ notam aliquam merentur erroris aut impietatis, ideoque abſcondi debent & ignorari, nec in publica verſari Eccleſiæ luce, ſicut libri Canonici ſcripturarum, vel Tractatus Eccleſiaſtici Sanctorum Patrum, qui inoffenſo pede decurri queunt. Atqui Sanctus Hieronymus, & Euſebius non amandant Epiſtolam Barnabæ ad apocryphas ſcripturas, quia notam aliquam erroris aut impietatis mereatur: quinimmo teſtatur Sanctus Hieronymus illam *ad ædificationem Eccleſiarum pertinere*. Ergo cenſent illam apocrypham eſſe, quod ſit pſeudepigrapha, & Sancto Barnabæ ſuppoſita. Quod omnino confirmat notio apocryphorum tradita a Sancto Hieronymo Epiſtola 7 ad Lætam. *Apocrypha ſciat non eorum eſſe, quorum titulis prænotantur*. Itaque cum Sanctus Hieronymus hanc Epiſtolam compoſitam dicit a Sancto Barnaba, (in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum) titulum ſpectat Epiſtolæ, non rei veritatem: & ſtatim innuit illegitimam ſe prolem illam ſuſpicari, quam inter apocrypha recenſet.

Quarto vix credi poteſt, quod adeo eximius Apoſtolus, tantoque Spiritus Sancti & Fidei lumine colluſtratus, ea ſcripſerit, quæ iſta complectitur Epiſtola; coactas nimirum allegorias, enarrationes ſcripturarum minus veriſimiles, fabulas de animalibus, ut illud quod tradit, *hyænam alternare ſexum*. Cujus contrarium docent omnes rerum naturalium periti, nempe Ariſto-

cos Deos abnegaverint, adoraverint autem affixum illum Cruci .... atque ex ipſius legibus vivant; quare omnia reliqua æque contemnunt, ET ARBITRANTUR COMMUNIA. Nec aliter accipiendum illud Tertulliani dictum Apologet. cap. XXXIX. *Ex ſubſtantia familiari Fratres ſumus, quæ penes vos fere dirimit Fraternitatem.* OMNIA INDISCRETA APUD NOS SUNT, *præter Uxores.* Nam hæc omnia nihil aliud ſignificant, niſi hoc quondam proprium fuiſſe Chriſtianorum, ut non paterentur, quemquam ſuorum confici, atque conſumi egeſtate.

QU.

ſtoteles lib. de Generatione Animal. cap. 6, & lib. 6 de Hiſtoria Animal. cap. 32, Diodorus Siculus Hiſtor. lib. 32, apud Photium in Biblioth. Cod. 244, Plin. lib. 8 Naturalis Hiſtoriæ cap. 30, & lib. 28, cap. 8: quibus adde Clementem Alexandrinum lib. 2 Pædagogi cap. 10.

Non videtur etiam Barnabas rem tam evidenter falſam de Apoſtolis ſcripturus, quod ſcilicet *eſſent iniquiſſimi hominum, quando vocavit eos Chriſtus, & ſuper omne peccatum peccatores.*

Suppoſita videtur hæc Epiſtola poſt excidium Hieroſolymitanum, ſed ante finem ſæculi ſecundi: nam ſub initium tertii citata non ſemel eſt a Clemente Alexandrino. Sic enim ille lib. 2 Stromatum pag. 373, Edit. Pariſ. *Merito igitur Apoſtolus Barnabas ait: Ex ea parte quam accepi, ſtudui pauca ad vos mittere, ut cum fide veſtra perfectam etiam habeatis cognitionem.* Et p. 410. *Non mihi pluribus verbis opus eſt, ſi adduxero teſtem Apoſtolicum Barnabam (erat autem is ex 70 Diſcipulis, & Pauli auditor) his verbis ſic dicentem.*

Hanc etiam Epiſtolam eodem ſæculo laudavit Origenes lib. 3 de Principiis cap. 2. *Eadem quoque*, inquit, *Barnabas in Epiſtola ſua declarat, &c.* Fuit igitur hæc Epiſtola maximo in pretio apud Veteres: & Stichometria Latina, ſeu Index librorum ſacrorum, qui extat in duobus MSS. altero Chriſtianiſſimi Regis, altero Monachorum Sancti Germani, collocat Barnabæ Epiſtolam Judæ, & Joannis Apocalypſim.

Le ſavant Lardner, qui avoit lu tout ce que l'on a écrit pour ou contre, croit que cette lettre eſt véritablement apres la ruine de Jéruſalem, & du Temple l'an 71, ou 72, de Jeſus-Chriſt. *Credibility of the Goſpel hiſtory* tom. 3, l. 1, c. 1.

Digitized by Google

QU. V.

Cedo, num aliqui ſaltem, ſi non omnes, aliarum Eccleſiarum Fideles Hieroſolymitanæ Eccleſiæ exemplum ſecuti ſint? Numne Aſcetæ in horum numero ponendi ſint?

§. I. ETſi Hieroſolymitanæ Eccleſiæ exemplum omnes aliarum Eccleſiarum Fideles, præter Alexandrinos, ſecuti non ſunt, tamen in omnibus fere Eccleſiis nonnulli extitere, qui Hieroſolymitarum Fidelium virtutes interire, ac tam præclari inſtituti filum abrumpi paſſi non ſunt. Itaque omnibus rerum ſuarum poſſeſſionibus valedicentes in avia, atque abdita loca diſcedebant, ibique, quantum illorum temporum difficultas patiebatur, id vitæ genus colebant, quod ad Hieroſolymitanæ Eccleſiæ exemplar quam proxime accederet. Atque hi primo, quod aliud nomen deeſſet, Aſcetæ dicti ſunt; quod nomen jam eorum omnium proprium erat, qui morum ſuorum ſanctitate e vulgo emergere conabantur.

§. II. Hinc duo Aſcetarum genera orta ſunt. Alterum illorum, qui Domi ſuæ manentes ſupra cæteros ſapere, ac ſanctius vivere videbantur; alterum vero eorum, qui mundo, mundique rebus valedicentes in agris, locisque deſertis vitæ ſuæ tabernaculum collocabant, ſeſeque ab omnibus ſuorum ſenſuum cupiditatibus ſevocantes in corporibus humanis vitam imitabantur Cœleſtium. Horum Aſcetarum in inhoſpita loca ſeſe abdentium meminere Euſebius Lib. VI, cap. 42. *Jam quid opus eſt commemorare multitudinem eorum, qui in montibus, & ſolitudinibus interierunt?* Et Sozomenus Lib. I, cap. 12. *Fugientes Chriſtiani in montibus, & in ſolitudinibus, ac ſylvis commorabantur*. Quod ſi alios teſtes quæris, præſto eſt Divus Athanaſius. Scriptum enim ab eo eſt in vita B. Antonii (a), jam inde ab primis Eccleſiæ incunabulis viros extiiiſ-

(a) Bellarmin. de Monach. Lib. II, Cap. V, Tom. II, pag. 177. Quoniam autem Magdeburgenſes Cent. 4, Cap. 10, col. 1306, ſubdubitant an hæc vita ſit ab Athanaſio ſcripta, facile id probari poteſt: Nam ſcripſiſſe Athanaſium vitam Antonii reſtantur Nazianzenus in Athanaſio, Hieronymus de Viris illuſtribus in Antonio, in Evagrio, & in Athanaſio, Ruffinus lib. 1 hiſt. cap. 8, Auguſtinus lib. 8 Confeſſ. cap. 6, Paulinus in vita Ambroſii, Palladius in hiſtoria Lauſiaca cap. 8, & Socrates lib. 4, cap. 18. Quod autem hæc ipſa quam habemus, ſit illa ipſa Atha-

titiſſe, qui eminenti ſanctitati velificantes ſedem ſuam, ac domicilium in agris ſtatuebant, ubi a populo, a turba ſemoti domeſticorum negotiorum, familiariumque rerum cura vacui in Cœleſtibus rebus contemplandis,

---

thanaſii, patet ex eo, quod eſt revera inſigne volumen, ut Hieronymus dicit fuiſſe librum illum Athanaſii. Item continet plurima illa miracula, quorum meminit Auguſtinus. Præterea recenſet hiſtoriam illam de Anima Ammonis, quam Palladius, & Socrates, ex libro Athanaſii de Vita Antonii referunt. Denique nihil in contrarium afferunt Centuriatores, niſi judicium ſuum; ſtultum autem eſt ſine ulla ratione, vel conjectura, vel auctoritate id in controverſiam vocare de quo nemo dubitat.

Probatur ſecundo ex Damaſo, qui in vita Dionyſii Papæ ſcribit, hunc ipſum Dionyſium ex Monacho ad Pontificatum aſſumptum fuiſſe. Conſtat autem ex Chronico Euſebii, Dionyſium Romæ ſediſſe anno Domini 266. Non ergo Monachi cœperunt poſt annum Domini 300.

Tertio probatur ex Cypriano, & Tertulliano, qui etiam antiquiores Dionyſio Papa fuerunt. Scribit enim Tertullianus librum de velandis virginibus, & Cyprianus Tertullianum ſequutus ſcribit librum ejusdem argumenti, quem de habitu virginum inſcripſit. Uterque autem loquitur de virginibus religioſis, & per ſolemnem profeſſionem Deo conſecratis. Nam Tertullianus diſtinguit in eo lib. inter virgines mundi, ideſt, ſæculares, & virgines Dei, ideſt ſanctimoniales, de quibus ait: *O ſacrilegæ manus, quæ dicatum Deo habitum detrahere potuerunt! Quid pejus aliquis perſequutus feciſſet, ſi hoc a virgine electum cognoviſſet?* Et infra, eas alloquens: *Nupſiſti*, inquit, *Chriſto, illi tradidiſti carnem tuam &c.* Similia habet Cyprianus.

Quarto, probatur ex Dionyſio Areopagita, Tertulliano antiquiore; is enim epiſtolam ſcribit ad Demophilum Monachum, & libro de Eccleſ. hierarch. cap. 6, prolixe explicat monaſticæ profeſſionis formam.

Fatentur Magdeburgenſes vere de Monachis ſcribere auctorem ejus libri, ſed eum negant eſſe Dionyſium Pauli Apoſtoli diſcipulum, Centur. I, lib. 2, cap. 10, colum. 624, quod idem negant Laurentius Valla, & Eraſmus in annotat. ad cap. 17 Act. Item Lutherus, Calvinus, & omnes hæretici. At opera iſta nomine Dionyſii citant tres veteres Pontifices, Gregorius I, hom. 34 in Evangelia, Martinus I in Concilio Romano, & Agatho in Epiſtola ad Imperatorem Conſtantinum IV. Item Nicolaus Papa I in Epiſtola ad Michaelem Imperatorem citat Epiſtolam S. Dionyſii Areopagitæ, ad Demophilum Monachum. Item duo generalia Concilia VI, act. 4, & VIII, canon. 2. Præterea Doctores plurimi, ut S. Maximus, qui annotationes ſcripſit in Dionyſium, Sophronius Patriarcha Hieroſolymæ in oratione pulcherrima, quæ habetur act. 2 ſextæ Synodi, Damaſcenus lib. 1, cap. 12, de fide, Euthymius Panopliæ part. 1, tit. 2, Anaſtaſius Bibliothecarius in Epiſtola ad Carolum Calvum, Hilduinus in Epiſtola ad Ludovicum Pium, & alii poſteriores omnes. Non eſt autem ullo modo veriſimile tot Patres non potuiſſe videre id, quod nunc Valla, & Eraſmus vidiſſe ſe dicunt.

Deinde ſic poſſumus ratiocinari: Auctor horum librorum non poteſt eſſe recentior, quam ſit B. Gregorius, ut notum eſt, cum a Gregorio ipſo citetur. Rurſum non poteſt eſſe recentior, quam ſit Hieronymus: Nam Gregorius eum citans vocat antiquum, & venerabilem patrem, non autem vocaret antiquum hominem, ſuo ſæculo proximum. Non poteſt etiam floruiſſe paulo ante Hieronymum, id eſt IV ſæculo: Nam ſine dubio tunc Hieronymus poſuiſſet eum inter ſcriptores Eccleſiaſticos; non enim potuiſſet ignorare ſcriptorem, qui ſua memoria extitiſſet. Et præterea notus fuiſſet eadem ratione Ambroſio,

dis, in animi perturbationibus, corporiſque cupiditatibus frangendis ætatem ſuam omnem conterebant; adeo autem abeſſe, Antonium hujuſce Aſceticæ Eremiticæque vitæ inventorem inceptoremque fuiſſe, ut quinimmo ipſe horum Aſcetarum, Eremitarumque diſcipulus fuerit, atque alumnus.

Q U.

ſio, Auguſtino, Chryſoſtomo, aliiſque Patribus, quibus tamen incognitus fuit, quantum ex eorum operibus colligi poteſt. Quare neceſſe eſt, ut Anaſtaſius dicit, auctorem eſſe antiquiſſimum, & ſuppreſſum fuiſſe ab hæreticis, ac tandem Romæ repertum fuiſſe tempore Beati Gregorii, vel paulo ante.

Ex quo ſolvitur argumentum Vallæ, Eraſini, & Centuriatorum, qui hoc utuntur tanquam præcipuo argumento, quod Ambroſius, Chryſoſtomus, Auguſtinus, & maxime Hieronymus numquam citent hos libros. Hoc enim argumentum eorum nobis maxime favet: Nam cum iſti Patres non citent hæc opera, ſignum eſt, auctorem hunc non extitiſſe ipſorum tempore, & cum conſtet ex Gregorio eum non eſſe illi poſteriorem, ſequitur neceſſario eſſe longe antiquiorem. Unde etiam Valla teſtatur, plurimos viros doctiſſimos ſenſiſſe hæc opera non eſſe quidem Dionyſii Areopagitæ, ſed tamen auctoris fere æque antiqui, nimirum Apollinaris Hierapolitæ, vel, ut alii volunt, Dionyſii Corinthii, quorum uterque floruit anno Domini 174, ut Euſebius teſtatur in Chronico. Hoc autem etſi non eſt verum, tamen nobis ſufficit ad aſſerendam antiquitatem vitæ monaſticæ.

QU. VI.

Hi Aſcetæ, quandonam Monachorum nomen ſumpſerunt?

§. I. HI Aſcetæ, qui procul a negotiis ſolitariam in agris vitam agebant, ut ab iis Aſcetis diſtinguerentur, qui nec Patrimonium, nec Domos, nec civium frequentiam deſerebant, ſub ſæculi IV initium Monachorum nomen ſibi invenerunt. Qui Caſſiano (a), Muſeulo, Chriſtophornio., ac Baronio ſubiraſcuntur, (Vales. in Not. ad Enſeb. Cap. XI, Thomaſſin. V. & N. E. D. Lib. III, Cap. XII, §. 9, Cotelerius in Not. ad Conſtitut. Apoſtol. Lib. VIII, Cap. XIII, n. 76, Bingham. O. & A. C. Lib. VII, cap. I, §. 2.) quod primorum Sæculorum Aſcetas eoſdem ferme putarint, ac eos, qui quarto ſæculo Monachi dicti ſunt, ii non ani-

(a) Caſſianus Coll. II, cap. 5, Cænobitarum originem ita deſcribit: „ Cænobitarum itaque diſciplina a tempore „ prædicationis Apoſtolicæ ſumpſit exordium. Nam talis extitit in Hieroſolymis „ omnis illa credentium multitudo, quæ „ in Actibus Apoſtolorum ita ſcribitur: „ *Multitudinis credentium erat cor unum* „ *& anima una, nec quiſquam eorum quæ* „ *poſſidebat aliquid ſuum eſſe dicebat;* „ *ſed erant illis omnia communia. Poſſeſ-* „ *ſiones & ſubſtantias vendebant, & di-* „ *videbant eas omnibus prout cuique opus* „ *erat: Neque enim quiſquam egens erat* „ *inter illos. Quotquot enim poſſeſſores agro-* „ *rum aut domorum erant, vendentes affe-* „ *rebant pretia eorum quæ vendebant, &* „ *ponebant ante pedes Apoſtolorum. Divi-* „ *debantur autem ſingulis prout cuique opus* „ *erat.*" Talis, inquam, erat tunc omnis Eccleſia, quales nunc perpaucos in Cænobiis invenire difficile eſt. Sed cum poſt Apoſtolorum exceſſum tepeſcere cœpiſſet credentium multitudo, ea vel maxime, quæ ad fidem Chriſti de alienigenis, ac diverſis gentibus confluebat, a quibus Apoſtoli pro ipſis fidei rudimentis ac inveterata gentilitatis conſuetudine nihil amplius expetebant, niſi ut ab immolatitiis idolorum & fornicatione, & ſuffocatis & ſanguine temperarent, atque iſta libertas, quæ gentibus propter infirmitatem primæ credulitatis indulta eſt, etiam illius Eccleſiæ quæ Jeroſolymis conſiſtebat, perfectionem paulatim contaminare cœpiſſet, & creſcente quotidie vel indigenarum numero, vel advenarum, primæ illius fidei refrigeſceret fervor, non ſolum hi qui ad fidem Chriſti confluxerant, verum etiam illi, qui erant Eccleſiæ Principes, ab illa diſtrictione laxati ſunt. Nonnulli enim exiſtimantes id, quod videbant gentibus pro infirmitate conceſſum, ſibi etiam licitum, nihil ſe detrimenti perpeti crediderunt, ſi cum ſubſtantiis, ac facultatibus ſuis fidem Chriſti, confeſſionemque ſequerentur. Hi autem quibus adhuc Apoſtolicus inerat fervor, memores illius priſtinæ perfectionis, diſcedentes a civitatibus ſuis, illorumque conſortio, qui ſibi, vel Eccleſiæ Dei remiſſioris vitæ negligentiam licitam eſſe credebant, in locis ſuburbanis ac

animadverterunt, tribus prioribus Sæculis duo Aſcetarum genera extitiſſe (Vid. ſup. Qu. V.), quorum alterum ab altero tam longe diſtabat, quam procul Monachi ab iis aberant, qui civilem vitam cum morum ſanctitate copulabant.

§. II. Monachorum nomen Sæculo IV ortum eam pepetit opinionem, Monachos nonniſi Sæculo IV ortos eſſe, quaſi vero, qui antea Aſcetæ ſolitarii vocabantur non eamdem vivendi rationem, eamdemque morum ſanctitatem præſetulerint, ac præſetulerant ii, qui poſtea Monachi ſunt appellati. Quod ſi a tempore parti cognominis rerum origo eſſet repetenda, illud ſequeretur, Chriſtianos nonniſi anno trigeſimo ſeptimo ortum ſuum habuiſſe, nam eo tantum anno Chriſti diſcipulis *Chriſtianorum* nomen impoſitum fuit. *Multuſque numerus converſus eſt ad Dominum, ita ut cognominarentur primum Antiochiæ diſcipuli Chriſtiani. Act. XI*, 20. Quemadmodum igitur Chriſtiani ante extiterunt, quam Chriſtiani vocarentur, ita etiam Monachi antea fuerunt, quam Monachi appellarentur, atque in Aſcetarum nomine latuerunt (*b*). Vid. Nicolaum Antonellium Diſſ. de Aſcetis.

Q U.

ac ſecretioribus commanere, & ea quæ ab Apoſtolis per univerſum corpus Eccleſiæ generaliter meminerant inſtituta, privatim ac peculiariter exercere cœperunt, atque ita coaluit iſta quam diximus diſcipulorum, qui ſe ab illorum contagio ſequeſtraverant diſciplina. Qui paulatim tempore procedente ſegregati a credentium turbis, ab eo quod a conjugiis abſtinerent, & a parentum ſe conſortio mundique iſtius converſatione ſecernerent, Monachi, ſive Monazontes ſingularis ac ſolitariæ vitæ diſtrictione nominati ſunt. Unde conſequens fuit, ut ex communione conſortii *Cænobitæ*, cellæque, ac diverſoria eorum *Cænobia* vocarentur.

(b) Flaminius Annibali de Latera in Compendio Hiſtorico Ordin. Regular in Procem. pag. XXI. Gli antichi Solitarj furono di poi chiamati indiſtintamente anche *Aſceti*, per la qual ragione S. Baſilio intitolò *Aſcetici* il ſuo Trattato dell' Inſtituzione dei Monaci, che ſecondo S. Atanaſio trovavanſi in Egitto nel 270, ed abitavano otto, o dieci al più per Monaſtero.

Segue da ciò, che S. Paolo, detto Primo Eremita per antonomaſia, Sant' Antonio, ed altri loro contemporanei furono i propagatori, e non gli autori, come alcuni penſano, del Monachiſmo, incominciato dai tempi degli Apoſtoli, e continuato ſenza interruzione per i primi due ſecoli della Chieſa fino ai Santi medeſimi. Ed in vero il citato Sant' Atanaſio ci dice nella vita appunto di S. Antonio, che il Santo giovane, allorchè verſo il 252 laſciò la caſa, e la patria per darſi tutto a Dio, andò a trovare un vecchio, il quale nella ſua gioventù ſi era fatto Monaco, e viveva in un Monaſtero non molto lontano della ſteſſa Patria, e vi andò a fine di apprender da lui le inſtruzioni neceſſarie per la vita Monacale. Anzi aggiunge il Santo Dottore, che ſebbene i Monaſterj non foſſero allora molto frequenti nell' Egitto, ve n' erano però diverſi, e che Sant' Antonio li viſitava ſovente per imitare quei Monaci, che più vedeva riſplendere in qualche genere di virtù.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Q. U. VII.

Quamnam Monachorum, ſeu Regularium definitionem nobis tradis?

§. I. QUi neminem in Monachorum, aut Regularium cenſu aut poſitum unquam fuiſſe, aut ponendum eſſe contendunt (a), qui paupertatis, caſtitatis, atque obedientiæ vota non nuncuparit, ii ante S. Benedictum, immo ante S. Franciſcum neminem veri nominis Monachum, aut Regularem extitiſſe fateantur neceſſe eſt. Nam S. Benedictus primus fuit, qui Monaſticorum votorum meminerit, iſque etiam ſubobſcuris verbis. *Suſcipiendus autem in Oratorio coram omnibus promittat de ſtabilitate ſua, & converſione morum ſuorum, & obedientia coram Deo, & Sanctis ejus, deque iſta profeſſione FACIAT PETITIONEM.* *Reg.* 58. (Vid. Mabillon Præf. ad Sæc. IV Benedictin. P. I, p. 18, Natal.

(a) Reiffenſtuel J. C. U. Lib. III, Tit. XXXI, §. 1, n. 1. Religio ſeu ſtatus Religioſus bene deſcribitur dicendo: *Eſt fidelium ad Chriſtianæ Charitatis perfectionem tendentium, editis votis perpetuæ obedientiæ, Paupertatis, & Caritatis, ſtabilis in communi vivendi modus ab Eccleſia approbatus.* Ita in Terminis Layman. *lib.* 4, *tr.* 5, *cap.* 1, *nu.* 1, Pithing. *ibid. nu.* 2, Engel. *eod. nu.* 1, Pellizar. *in Manual. Regul. tom.* 1, *tract.* 1, *cap.* 1, *nu.* 1, eſtque in re communis. Dicitur primo, *Fidelium ad Chriſtianæ charitatis perfectionem tendentium.* Ad indicandum finem cujuſvis Religionis, qui eſt perfectio Chriſtianæ Charitatis, juxta illud Apoſtoli ad Rom. 13. *Plenitudo ergo legis eſt dilectio*, quia hac quis ultimate conjungitur Deo, juxta illud Joannis: *Deus Charitas eſt, & qui manet in Charitate in Deo manet, & Deus in eo.*

Dicitur tendentium, quia licet ſtatus Religiosus ſit ſtatus perfectionis, quatenus nempe pro fine principali habet perfectionem charitatis tamen non tenetur Religioſus actu eſſe perfectus, ipſamque perfectionem actu habere, ſed tantum *tendere* ad eam, & quidem non per omnes actus, & exercitia, quibus ad perfectionem perveniri poteſt, ſed per illa, quæ ſunt ei taxata ſecundum Regulam, ac propriæ Religionis, in qua degit, ſanctas Ordinationes & ſtatuta, prout fusius explicat D. Thom. 2, 2, q. 184, & q. 186, Lezana *in Summa qq. Regular. c.* 1, *n.* 4, & 5, cum communi aliorum. Ratio eſt, quia Religioſus non aliter ad perfectionem ſpecialiter ſe obligat, quam quod ad eam per Ordinis regulam & media inibi præſcripta tendere velit.

Cæterum obligatio tendendi ad perfectionem in Religioſis ſub mortali eſt, adeo ut juxta communiſſimam Theologorum Religioſus mortaliter peccet, I Si contemnit tendere ad perfectionem, II Quando etiam abſque contemptu nudum propoſitum, ſeu voluntatem habet non tendendi ad perfectionem. III Quando ex contemptu transgre-

tal. Alex. in Sæcul. VI, Cap. VI, Art. V.) Qui vero de tribus Regularium Ordinum votis clare, & aperte locutus ſit, primus fuit Divus Franciſ-

---

greditur Religionis ſuæ ſtatuta & ordinationes tanquam media ad aſſequendam perfectionem præſcripta, etiamſi alias talia non ſub gravi, ſed tantum levi, immo ſub nulla culpa obligent: qualia ſunt debito tempore ſervare ſilentium, meditari &c. IV Qui habet propoſitum eadem ſtatuta (etiam contemptu ſecluſo) univerſaliter non ſervandi, & qui de iiſdem minime curat, nec ea obſervare ſtudet, ſed paſſim data occaſione tranſgreditur. Ratio hujus ultimi eſt; quia talis habet implicitam voluntatem non tendendi ad perfectionem, hoc ipſo, quod proponat non adhibere media ad eam aſſequendam in Ordine præſcripta, qualia ſunt Ordinis ſtatuta. Vide de hac obligatione apud Theologos, præſertim D. Thomam 2, 2, q. 185, & 186, ſicut etiam Lezanam l. c.

Dicitur ulterius *editis votis perpetuæ Obedientiæ, Paupertatis, & Caſtitatis.* Hæc enim juxta dicenda infra n. 12, tria Vota, ſunt de eſſentia Religionis Jure Divino: idque merito, eo quod præſata tria Vota ſint præſtantiſſima media ad perfectionem, quæ finis Religionis cujuſvis eſt, aſſequendam. Tria namque ſunt, quæ a perfectione, perfectoque Dei amore hominem potiſſimum impediunt, videlicet I Inordinata cura & ſollicitudo temporalium, quod impedimentum indicans Chriſtus Matth. 10, dixit: *Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus*: & Lucæ 14. *Qui non renuntiat omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Hæc autem nociva ſollicitudo & cura tollitur per votum voluntariæ paupertatis. II Delectationes carnales de quibus I Joan. 2: *Omne quod eſt in mundo concupiſcentia eſt.* Hanc autem moderatur Caſtitas. III Eſt propria voluntas, quæ per obedientiam ſacrificatur juxta conſilium Chriſti Matth. 16. *Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum &c.*

Dicitur *ſtabilis vivendi modus*; ad indicandum, quod Religioſus quivis debeat ſtabiliter, ſive conſtanter, ac perpetuo ſemel aſſumptum Religionis modum ſervare, ac in eo uſque ad finem vitæ perſeverare adeo, ut ei poſt emiſſam aliquando Profeſſionem non amplius liceat Religionem deſerere: quapropter etiam non ſufficit nudum propoſitum ſervandi tria Vota ſubſtantialia, ac Ordinis Regulam, ſed requiritur vera promiſſio verumque votum, inducens obligationem perſonalem, eamque perpetuam. D. Thomas 2, 2, q. 183, art. 3, Pelliz. loc. cit. qu. 3, Pirhing. h. t. n. 6, qui duo ultimi cum aliis volunt non poſſe dari Religionem proprie talem, in qua liberum ſit Religioſo pro libitu iterum diſcedere; quamvis dari poſſit, & de facto detur aliqua, ipſorum nempe Societas, in qua liberum eſt Superioribus Religionis dimittere Religioſum, quando id pro bono Religionis expedire judicaverint; quod qualiter fieri queat, haud obſtante, quod Religioſo diſcedere non liceat, etſi judicet, ita exigere animæ ſuæ ſalutem, vide apud citatos, & alios Doctores Societatis Jeſu. Cæterum quod nullus Religioſus Religionem deſerere amplius queat, ſed ſtabiliter ac perpetuo manere debeat, probatur ex Concilio Tridentino *Seſſ.* 25, *de Regular. cap.* 19. Ratio invenitur in Evangelio, quam S. P. Noſter Franciſcus inſeruit Regulæ ſuæ, quia nempe, *Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro aptus eſt Regno Dei.*

Additur *in Communi*, quia quantumvis aliquis in privato, ac particulariter tria Vota ſubſtantialia voveat, & obſervet, ſancteque vivat, niſi id in Communitate, & quidem a Pontifice approbata faciat, Religioſus non erit, nec in Religione eſſe dicendus eſt. Hyacinthus Donatus *in rerum* Regul. Praxi reſolut. tom. 4, tract. 1, quæſt. 4, num. 8, Layman *loc. cit. num.* 2, Pelliz. *loc. cit. qu.* 12, Suarez *tom. 4 de Relig. tract.* 9, *lib.* 1, *cap.* 2,

num.

ciſcus. *Regula, ac vita Fratrum minorum hæc eſt, ſcilicet D. N. J. C. Evangelium obſervare vivendo IN OBEDIENTIA, SINE PROPRIO, ET, IN CASTITATE* (b).

§. II. Ante S. Benedictum non vota,

---

num. 13, *arg. c. un. de Religioſ. domib. & c. un. eod. in 6.* Infertur proin, quod Eremitæ, quantumvis ſancti, nec olim fuerint, nec adhuc ſint Religioſi, qui extra Communitatem a Sede Sancta approbatam in particulari, aut privato vitam Religioni ſimilem ducunt.

Additur *ab Eccleſia approbatus*; quia quamvis olim antiquæ quædam Religiones, ac Regulæ Sancti Baſilii, Auguſtini, & Benedicti ſola Auctoritate Ordinariorum loci expreſſe fuerint approbatæ, & confirmatæ, Papa non repugnante, ſed potius collaudante, ut ex Bellarmino notat Miranda *tom.* 1 *Manual. Prælat. qu.* 3, *art.* 6, Roderiquez *lib.* 1 *Regul. qq. q.* 1, *art.* 1, Pirhing. h. t. n. 7, & alii, tamen poſtea approbatio Religionum reſervata fuit ſoli Romano Pontifici, prout aperte conſtat ex *cap. un. de Religioſ. domib. in 6, cap.* 1, *de Voto, in 6.* Ratio eſt, quia cum Religionum novitas, ac diverſitas in Eccleſia Dei confuſionem creare, indeque Eccleſiæ nociva eſſe facile poſſet, *arg. cit. cap. un. de Religioſ. dom. in 6*, earundem approbatio inter majores cauſas, quæ Pontifici ſoli reſervantur, cap. Majores de Baptiſ. merito reſervatur.

Et ex his jam patet ad ſecundam partem quæſiti, quid ſit *Religioſus*, ſeu *Regularis*: nam proprie talis, eſt *perſona, quæ emiſſis tribus votis ſubſtantialibus in aliqua Religione ab Eccleſia approbata vivit, ibique abjectis hujus ſæculi cura, & perfectionis impedimentis; propriaque abnegata voluntate, carnis oblectamentis, ad id ſolum incumbit, ut ad perfectionem veniat, Deoque perfecte ſerviat.* Porro *Religioſus, & Regularis* idem ſignificat, nec differunt niſi in hoc, quod ly *Religioſus* a verbo *Religio*, *Regularis* vero a *Regula*, quam quivis Regularis profitetur, derivetur.

(b) Van Eſpen J. E. U. P. I, Tit. XXX, Cap. I, n. 1, pag. 269. In nullis Veterum Monachorum Regulis, quin nec in Benedictina, ulla expreſſa, & ſpecialis profeſſio, ſive promiſſio ſervandæ Caſtitatis, ſive Continentiæ occurrit; immo nec in hodierna Benedictinorum profeſſionis formula Caſtitatis ſervandæ ulla mentio habetur.

De ſuo ſimiliter Carthuſienſium aliiſque Ordinibus teſtatur Petrus Dorlandus: „ Nos Carthuſienſes, ſed & Cluniacenſes, & Camaldulenſes, & Ciſtercienſes, & Canonici Regulares, nec paupertatis, nec *Caſtitatis* votum palam emittimus. “

Neque in primigenia Carmelitici Ordinis Regula a S. Alberto exarata ulla *Caſtitatis* profeſſio continetur, ſed *capite I* dicitur dumtaxat, quod Priori obedientiam promittat quilibet aliorum, & promiſſam ſtudeat operis veritate ſervare.

Primus qui Caſtitatis, & paupertatis expreſſam mentionem profeſſionis formulæ adjecit, videtur fuiſſe S. Franciſcus, qui *capite I* ſuæ Regulæ habet: „ Regula & Vita Fratrum Minorum hæc eſt, ſcilicet Domini Noſtri Jeſu Chriſti ſanctum Evangelium obſervare, *vivendo in obedientia, ſine proprio, & in CASTITATE.* “

Deinde *capite* 2 ait: „ Finito vero anno probationis, recipiantur ad obedientiam, promittentes vitam iſtam, & Regulam iſtam ſemper obſervare. “

Ex quibus ſat manifeſte habetur, quod juxta Regulam S. Franciſci Profeſſuri promittere deberent, idque verbis *expreſſis*, vivere *in obedientia*, *ſine proprio*, *& in CASTITATE*.

His conſonat hodierna formula profeſſionis Fratrum Minorum quæ hoc tenore exprimitur. „ Ego Frater N. voveo, & promitto Deo, & Beatæ Mariæ Virgini, & B. Franciſco ac omnibus Sanctis & tibi Pater, toto tempore vitæ

meæ

ta, ſed vita Monachos faciebat (c). Nam qui rebus omnibus abdicatis in Monaſticas cellulas ſe ſe abdebant, ſecumque ipſi decernebant Virginitatem tueri, atque Monachorum regulis ſe ſe obedientes præbere, nullius voti ſponſione obſtricti fuiſſe dicendi ſunt. Nam non omne propoſitum, atque conſilium continuo votum eſt. (Vid. Corvin. P. I de Perſon. & Benef. Eccl. Lib. III, Tit. X, n. 3.) Quod ſi qui in propoſito, ſuſceptoque conſilio non permanſiſſent, grandi quidem levitatis, mobilitatis, inconſtantiæ nota inurebantur (d), at fractorum votorum rei nequaquam habebantur, uti liquet ex Divi Cypriani Ep. 18, ubi interrogatus de quibuſdam Virginibus, quæ Virginitatem ac caſtitatem pollicitæ in obſcœno poſtea maleficio deprehenſæ erant, reſpondit: *Si perſeverare nolunt, aut non poſſunt, melius eſſe, nubant, quam in ignem delictis ſuis non cadant.*

§. III. Aliam igitur Monachorum de-

„ meæ ſervare Regulam Fratrum Minorum „ per Dominum Honorium Papam confirmatam, vivendo *in obedientia*, *ſine proprio*, *& in CASTITATE*. "

Ordinis Minorum formulam tamquam clarius, & expreſſius tria illa vota exprimentem, nonnulli alii Ordines poſtmodum imitati ſunt, atque tria illa, vivere in *obedientia*, *ſine proprio*, *& in Caſtitate*, in formula ſuæ profeſſionis exprimere cœperunt.

Ita Fratres Ordinis Eremitarum S. Auguſtini expreſſe vovent obedientiam, *& vivere ſine proprio*, *& in Caſtitate*, ſecundum Regulam Patris Auguſtini uſque ad mortem: quamquam ipſa Regula Auguſtini nullam profeſſionem expreſſam CASTITATIS præſcribat: quam nec ordo Prædicatorum, nec Canonicorum in ſuæ profeſſionis formula exprimunt.

Profeſſioni quoque Carmelitarum per Innocentium IV, in Conſtitutione, qua Regulam Albertinam declarat & mitigat, addita fuere hæc verba: *cum Caſtitate & abdicatione proprietatis.* „ Verebantur enim, „ (ait R. P. Papebrochius in commentario prævio ad vitam S. Alberti 8 Aprilis cap. 11, n. 115.) ne abſque *explicita* trium Religioſorum votorum profeſſione, negarent aliqui pro vere Religioſis habendos Carmelitas, ex vulgi „ ſcilicet imperiti ſenſu: Nam explicita „ trium votorum profeſſio uſitata non fuit „ in Monachatu veteri. Additque, quod „ ante *Mendicantium* tempora nunquam „ fuit tam clare expreſſa trium votorum „ Religioſorum diſtinctio. "

(c) S. Baſilius Ep. Canonic. can. XIX, diſertis verbis teſtatur nullum ſua ætate expreſſum Cælibatus promiſſum exigi conſueviſſe; ſed eos tacite ſolum in Cælibatum conſentiſſe, ubi Monaſticæ vitæ ſe ſe addixerint. Neque regula S. Pachomii aliquod ſolemne votum in profeſſione emittendum præſcribit, ſed tantummodo trium annorum probationem requirit: Sic enim habet: *Eum qui ſemel ingreditur, nec poteſt cum eis ad triennium ſuſtinere certamen, non admittens: Sed cum opera facit diſtinctione, ſic prodeat in ſtudium poſt triennium.* Regula S. Pachomii apud Palladium Hiſt. Lauſiac. cap. 38, & Sozomen. Lib. III, cap. 14.

(d) S. Baſilius Serm. de Inſtit. Monach. Qui ſeipſum ſemel Deo devovit, hic ſi ad aliud vitæ genus tranſierit, ſacrilegii ſe genere obſtrinxit: quippe qui ſeipſum Deo, cui ſe conſecraverat, veluti ſubterfuratus eſt. Porro hujuſmodi hominibus nullo modo aperiantur fratrum januæ; ne ſi prætereuntes quidem, ut recto recipiantur, ad ipſos diverterint. Eadem habet Regul. fuſius diſputat. Cap. XIV, & LVIII.

(e)

definitionem tradamus oportet, eamque, quæ omnium locorum, omnium temporum Monachos ac Regulares complectatur. Equidem ſic ſtatuo; omnem Chriſtianæ vitæ, morumque diſciplinam duobus niti, nimirum *Præceptis*, atque *Conſiliis* (e). *Præcepta* voco illa, quæ Chriſtus Dei Filius om-

(e) Hanc diſtinctionem Præceptorum, & Conſiliorum Evangelicorum, irridet Moshemius de Luteranorum grege Hiſtoricus hiſce verbis: Grande imprimis & rei Chriſtianæ capitale vitium in re morali hac ætate bona ſine dubio fide, & incautiſſime admiſſum eſt, quod per omnia ad noſtram uſque ætatem ſæcula infinitam variorum errorum & malorum meſſem genuit. Jeſus Servator noſter, unam omnibus diſcipulis ſuis vivendi normam, & regulam propoſuit. Sed Chriſtianis Doctoribus aut nimium gentes, inter quas vivebant, æmulandi ſtudium, aut naturalis quædam ad ſeveritatem & triſtitiam propenſio, qua plurimi in Syria, Ægypto, aliiſque Orientis provinciis laborant, perſuaſit, ut *duplicem ſanctimoniæ ac virtutis formam*, aliam ordinariam, aliam extraordinariam, aliam humiliorem, aliam ſublimiorem, aliam hominibus negotioſis, aliam otioſis & majoris poſt fata gloriæ cupidis, Chriſtum præſcripſiſſe conſtituerent. Hinc mature in *consilia* & *præcepta* diſtinguebant ea, quæ de vita & moribus hominum vel ore, vel ſcripto tradita eſſent. *Præcepta* vocabant leges illas, quæ univerſe omnibus omnium ordinum hominibus rogatæ eſſent: *Conſilia* vero, quæ ad eos tantum pertinerent, quibus ad altiora contendere, arctiuſque Deo conjungi glorioſum videretur.

Igitur repente hominum quoddam genus prodibat, quod excellentiorem, & majorem vulgari ſanctitatem ſeſe conſectari, conſiliiſque Chriſti obtemperare velle, profitebatur, quo & hic ad intimam cum divina natura communionem perveniret, & extincto corpore ſtatim ad Deum ſine moleſtia & impedimentis evolaret. Hi variis ſibi rebus interdictum eſſe putabant, quibus cæteris Chriſtianis uti conceſſum erat, vino, carne, matrimonio, negotiis. Hi vigiliis, abſtinentia, laboribus, ſame corpus enecandum eſſe ducebant. His in loca deſerta ſecedere, ſeveraque meditatione mentem a rebus externis & ſenſus oblectantibus abſtrahere, beatum videbatur. Viri ſæminæque duras ſibi has conditiones, bono, puto, animo, at malo exemplo, & magno rei Chriſtianæ incommodo imponebant: qui propterea Aſcetæ Σπουδαῖοι, Ἐκλεκτοὶ, *philoſophi* etiam & *Philoſophæ* vocabantur, nec vocabulo tantum, ſed veſte quoque & habitu corporis, a ceteris Chriſtianis diſtinguebantur. Hoc quidem ſæculo ſinguli, quibus durum hoc vitæ genus placebat, ſibi vivebant, nec hominum ſocietati ac conſuetudini ſe ſe ſubducebant. Progrediente vero tempore primum in loca deſerta ſecedebant, deinde etiam, *Eſſenorum* exemplo, & *Therapeutarum*, in collegia migrabant.

Cauſæ inſtituti in promptu ſunt. Primum Græcis, Romanis, cæteriſque populis inferiores eſſe nolebant Chriſtiani, quos inter ſapientes, & philoſophi erant haud pauci, qui univerſa vitæ ratione, veſtituque a vulgo plane ſejuncti erant, magnaque in auctoritate poſiti. Ex his autem philoſophis nulli placebant magis Chriſtianis, quod notum eſt, quam *Platonici* & *Pythagoræi*, quos quidem conſtat duplicem vivendi diſciplinam tradidiſse, aliam philoſophis, qui virtute ceteros antecedere vellent, aliam populo vitæ negotiis implicato. Philoſophis hanc legem ſcribebant Platonici: Sapientis animus a corporis contagione, quantum fieri poteſt, divelli debet: atqui huic propoſito quum corporis gravitas, hominumque conſuetudo maxime adverſetur, ideo voluptates om-

Digitized by Google

omnibus omnino æterna ſupplicia vitare volentibus præſcripſit; *Conſilia* vero illa, quæ iis tantum propoſuit, qui ad altiora contendere nituntur. Qui vitam ſuam ita compoſuerunt; ut non ſolum Divinis præceptis, ſed etiam monitis conſiliiſque reſonaret, nec ab hoc inſtituto abduci aut avocari ſe ſe ſiverunt, hoſce ego omnes, & unos in Monachorum, aut Regularium album referendos eſſe puto.

§. IV.

---

omnes ſenſuum fugiendæ, corpus duro, & tenui victu alendum, immo vexandum eſt, ſolitudo quærenda, mens denique adducenda & a corpore, quantum fieri poteſt, contemplando ſevocanda eſt. Hoc qui fecerit, is, dum vivet, Deo ſociatus erit, corporiſque ſarcina depoſita, ſine mora ſedes ſublimiores petet, nec ut reliquorum hominum mentes purgationis egebit. Nervi hujus diſciplinæ in dogmatibus de anima, dæmonibus, materia & mundo latent, quæ ſectæ huic Philoſophorum eorumque amicis propria erant. Quæ dogmata quum a Chriſtianis doctoribus ſuſciperentur, conſequi ea neceſſe erat, quæ cum illo manifeſto vinculo conjuncta ſunt.

Minus etiam omnia hæc, quæ diximus, mirabitur, qui cogitaverit, in Ægypto primum hanc vivendi rationem natam eſſe: quæ quidem regio, naturæ quadam lege, tantum ſemper hominum triſtium, utraque bile laborantium, aut melancholicorum peperit, quantum nulla tellus alia, & adhuc producit. Hac in provincia diu ante natum Servatorem non *Eſſeni* modo, & *Therapeutæ* commorati potiſſimum fuerant, Judæorum ſectæ ex hominibus valetudine mæſtis, immo partim mente, ac ratione captis, conflatæ: verum etiam multi alii, quo Diis gratiores eſſent, naturæ quodam inſtinctu hominum commercio, cunctiſque vitæ oblectationibus ſeſe ſubduxerant. Ex Ægypto in Syriam, vicinaſque regiones, in quibus nunquam pariter difficilium & auſterorum hominum copia defuit, hæc vitæ forma migravit: poſtremo ad gentes Europæas ex Oriente translata eſt. Hinc tot, qui orbem adhuc Chriſtianum deformant, morbi; hinc ſacerdotum cælibatus, hinc Monachorum numeroſiſſimi greges, hinc duplex illa vita, *theoretica* & *myſtica*, hinc neſcio quæ alia, quæ in ſequentibus commemorabuntur.

Totam hac verborum ſartaginem, quam adverſus Catholicorum Doctrinam congeſſit Moshemius, paucis diluit Bergerius Canonicus Pariſienſis hiſce verbis: La diſtinction que les premiers Chrétiens en ont faite d'avec les préceptes, n'a pas été une vaine imagination de leur part, & que Jéſus-Chriſt l'a faite lui même; que c'eſt lui qui a dit qu'il y a quelque choſe de plus parfait que ce qu'il a preſcrit ou ordoné à tous les hommes, & qu'en le faiſant on peut mériter une plus grande récompenſe. Ici nous avons à prouver que c'eſt encore lui qui à donné l'exemple de la vie *aſcétique*, & que ſes Apôtres l'ont pratiquée comme lui: les Chrétiens n'ont donc pas eu beſoin d'en aller chercher le modele ches les Philoſophes païens, ni chez les Eſſénnieus ou chez les Thérapeutes Juifs.

Jéſus-Chriſt a loué la vie ſolitaire, pénitente, chaſte, & mortifiée de S. Jean-Baptiſte, Matth. c. 11, ℣. 8, vie *aſcétique*, s'il en fut jamais; Il a pratique lui-même la chaſteté, la pauvreté, la mortification, le jeûne, le renoncement à toutes choſes, la priere continuele; tout cela cependant n'eſt pas commandé à tous les hommes: nous perſuadera-t-on qu'il y a de l'enthouſiaſme & de la folie à vouloir imiter Jeſus-Chriſt? Il dit qu'il y a des hommes qui ſe ſont faits eunuques pour le royaume des cieux. Matth. c. 19, ℣. 12. Il appele bienheureux ceux qui pleurent; il prédit que ſes Diſciples jeûneront lorſqu'ils ſeront privés de ſa préſence, il leur promet le centuple, parce qu'ils ont tout quité pour le ſuivre, c.

Digitized by Google

§. IV. Quod ſi quis eſt qui ab Monachis vivendi præterea communionem requirat, ne ſine teſte vivant, utque ſit, cui ſe ſe obedientes efficiant, (Thomaſſ. V. & N. E. D. Lib. III, cap. XII, §. II.) requirat ille ſane, dummodo illos longe ante Antonium domiciliorum communione functos, & contuberniorum neceſſitudine ſociatos fuiſſe nobiſcum fateatur. (Vid. ſup. Qu. V, N. a, & Qu. VII, n. b.)

§. V. Regulam ne etiam poſcis, ad quam Monachorum totius vitæ ratio, ſingulæque actiones ſint dirigendæ? Poſcas tu quidem, per me licet, modo haſce regulas perdiu ante Baſilium, Pachomium, Hilarionem, Antonium, Paulum viguiſſe concedas. Neque hi novas Regulas in Aſceteria, ſeu Monaſteria intulerunt, ſed veteres tantum collegerunt, congeſſeruntque, atque in tabulas retulerunt, ac digeſſerunt. Quod ſi aliquas veteribus addiderunt, hæ tanti non ſunt, ut etiam ſine illis Monachi nomen ſuam tueri non potuerint (*f*).

§. VI.

5, ℣. 5, c. 9, ℣. 15, c. 19, ℣. 29. Il ne reſte aux Proteſtans qu'a ſe joindre aux incrédules, & a dire comme eux que Jeſus-Chriſt étoit d'un caractere auſtere, fâcheaux, melancolique, comme les Egyptiens; qu'il avoit été parmi les Eſſéniens, & s'étoit imbue de leur morale atrabilaire; que le Chriſtianiſme, tel qu'il la prêché, n'eſt propre qu'á des Moines.

Ils auront encore le même reproche á faire á S. Paul. „ Je châtie mon corps & „ je le réduis en ſervitude, dit-il, de peur „ qu'aprés avoir prèché aux autres, je ne „ ſois moiméme réprouvé " I Cor. c. 9, ℣. 27. „ Ceux qui ſont á Jeſuſ-Chriſt crucifienr leur chair avec ſes vices & ſes „ convoitiſes. " Galat. c. 5, ℣. 24. Montronſ-nous dignes Miniſtres de Dieu, par la patience, par les ſoufrances, par les travail, par les veilles, par les jeûnes, &c. II Cor. c. 6, ℣. 4. Il a loué la vie pauvre, auſtere & pénitente des Prophetes. Hébr. c. 11, ℣. 37. Nous avons cherché vainement dans les Commentateurs proteſtans des explications, & des ſubterfuges pour eſquiver les conſéquences de ces paſſages, nous n'y en avons point trouvé.

(f) Multas præterea cellulas Pachomius extruxit, ita ut in ſingulis *tres monachi* degerent; in uno autem conclavi ſimul omnes cibum caperent, & cum ſilentio ederent, ſedentes ad menſam velato capite, ita ut nec ſe mutuo, nec aliud quidpiam viderent, præter menſam, & appoſita cibaria, & quæ ſunt alia, quæ Tillemontius exacte cit. l. recenſet. In tantum vero excrevit numerus monachorum ſub Pachomio, ut congregatio eorum mille, & trecentos numero ſodales habuiſſe legatur. Inde trahenda ſunt initia Cænobiorum, haſtenus incognitorum, ut recte ait Bulteau *dans l'hiſtoire monaſtique d'orient*, quæ formam monaſteriis in occidente exſtructis, & uſque ad noſtra tempora propagatis dederunt.

Quamvis vero hæc vita non amplius eſſet *ſolitaria*, ſed magis *communis*, novis prorſus & inſolitis legibus ſubjecta, promiſcue tamen *monaſtica* & *cœnobitica* dicta fuit, & *cœnobia*, horum aſcetarum *monaſteriorum* nomen retinuerunt, utut nihil minus quam *monaſteria*, h. e. *ſolitariorum* habitacula eſſent. Id vel ideo factum fuiſſe videtur, quod Pachomius primus undique *ſolitarios* ſeu *monachos*, in ſolitudine horride viventes, congregaverit, & forſan crediderit, actum de ſuo inſtituto fuiſſe, niſi eidem *monaſtici* nomen relinqueret, quod in ſumma apud omnes eo tempore erat celebritate.

Flo.

Digitized by Google

§. VI. Numquid illud etiam a nobis poſtulas, ut illos tantum Monachos, ſeu Regulares intelligamus, aut hoc nomen in iis tantum ponamus, qui ad eam ſocietatem ſunt alligati, quam Pontificis probavit auctoritas (g)? Id tibi ultro largimur, dummodo eos, qui, ante Innocentium III, in Concilio Lateranenſi novas Regularium familias excitari Pontifice inconſulto prohibentem, Religioſis Domibus Pontificio diplomate carentibus nomen dederunt, e Regularium tabulis non deleas.

§. VII. Quæ igitur circumferuntur Monachorum definitiones, tum eæ, quæ ſolemnia vota efflagitant, tum eæ quæ conventum ſuis legibus conſtitutum, & Pontificia auctoritate munitum depoſcunt, quorundam tantum locorum, aut temporum Cœnobitas nobis indicant; eaque una de-

---

Florens ad Gratiani Decret. p. 177. Obſervandum vero ex locis ſupra relatis, primos illos Monaſteriorum fundatores in Occidente ſuas inſtitutiones & regulas partim ab Orientalibus Monaſteriis repetiiſſe, partim etiam ſingulos Abbates pro modo ingenii, doctrinæ & peritiæ propriæ conſcripſiſſe varias regulas; promptiores aliquando propriorum inventorum cuſtodiam exigere, quam examinatam majorum ſervare doctrinam. Qua de re conqueritur Caſſianus *lib. 2, cap. 3, ſub finem*, longe aliter quam per univerſam Ægyptum & Thebaidem, ubi ait: *Monaſteria non pro uniuſcujuſque renuntiantis inſtituuntur arbitrio, ſeu per ſucceſſiones, ac traditiones majorum uſque in hodiernum diem vel permanent, vel permanſura fundantur.* Rectiſſime tamen idem Caſſianus in *fine præfat.* hoc temperamentum ſubjicit. *Ut ea quæ ſecundum Ægyptiorum regulam, vel pro aſperitate aerum, ſeu pro difficultate, ac diverſitate morum, impoſſibilia in his regionibus, vel dura & ardua comprobaſſero in inſtitutis* Monaſteriorum, *quæ per Palæſtinam, vel Meſopotamiam habentur, aliquatenus temperem; quia ſi rationabilis poſſibilium menſura ſervetur eadem, obſervantiæ perfectæ eſt etiam in impari facultate.* Quod non tantum circa habitum, veſtitum & victum ſervare debere idem vir elegantiſſimus obſervat *lib. 1, cap. 5*, hac addita ratione, *quia omnis ſumma noſtri veſtitus non in novitate habitus, qui poſſit offendiculum hominibus hujus ſæculi inferre, ſed in honeſta utilitate conſiſtere debet.* Sed etiam in orandi, & pſallendi modo temperandum eſſe docet *lib. 2, cap. 5*, & id debere ſtatui ait, *quod generaliter plenitudini fratrum ſit poſſibile, in qua neceſſe infirmorum quoque partem maximam reperiri.* Non valde diſſimilia ſcribit Caſſiano paulo antiquior Sulpitius Severus in Dialogis, in quibus Orientales Monachos cum Occidentalibus comparat.

Non immerito poſt Pachomii, Baſilii, & Hieronymi varia ſcripta ſuper inſtitutis, & vita Monachorum, de quibus diximus, & quæ ipſe Caſſianus in præfatione Librorum ſuorum commemorat, Caſſianum ipſum annumerabimus, cujus ſcripta antiqui fere omnes Monaſteriorum Conditores, veteres, & novi, potiſſimum vero, circa ſæculum quintum ſanctus Benedictus, accuratiſſime perlegerunt, & pleraque deſumpſerunt. Nec tamen omittemus, quæ vulgo tribuuntur Regulæ Monachorum Hieronymo, & Auguſtino, non ab illis fuiſſe ſcriptas, ſed tantum quædam ex eorum ſcriptis decerpta fuiſſe. Nam & Lovanienſes Doctores inter ſuppoſititia ſcripta numerant: & ſi verum amamus, deſumpta fuit illa magna parte *ex Epiſt.* 109 ejuſdem Sancti Auguſtini, in qua formam, & modum vivendi Sanctimonialibus præſcribit.

(g) Innocent. III, in Conc. Gen. Lateran. Can. 13. *Ne nimia Religionum,*

ai-

Digitized by Google

definitio, quæ Hieroſolymitanæ Eccleſiæ exemplar, eminentemque Evangelicarum virtutum effigiem moribus ſuis exprimendam imperat, omnium locorum, omnium temporum Monachos Regulareſque conſequitur, amplectiturque. Hæc igitur ſit nobis Monachorum, Religioſorumque virorum definitio, hæcque in hiſce de Monachorum jure, & officio diſputationibus dux nobis ſit, atque Magiſtra.

Q U.

diverſitas gravem in Eccleſia Dei confuſionem inducat, firmiter prohibemus, ne quis de cætero novam Religionem inveniat.

Digitized by Google

Q U. VIII.

Quamnam Religioſorum Ordinum affers partitionem?

§. I. MOnachorum Inſtitutum a Baſilio Magno in Orientis oris, a Benedicto Nurſino (*a*) in Occidentis regionibus longe, lateque propagatum ſuos alumnos uno ejuſdem diſciplinæ vinculo colligatos, unoque vitæ, ac morum concentu conſtrictos tenuit uſque ad Sæculum de-

(a) Mabillon. in Præfat. ad I part. Sæc. IV Benedictin. Fidei Chriſtianæ ortum, & progreſſum pene e veſtigio ſubſecuta eſt monaſtica inſtitutio, & naturali quadam lege ex Oriente in Occidentem pervaſit. *Baſilium* Ducem præcipue celebrant Orientales, *Benedictum* Occidentales Monachi, utrumque rectius Monaſtices præconem, propagatorem, ac Legislatorem dixeris, quam auctorem primarium. *Baſilium* brevi quidem intervallo præceſſit magnus ille *Antonius* Ægyptius, *Benedictum* duobus ferme ſæculis, qui in Occiduas partes induxerunt Monachorum Inſtituta. Hæc (ſi *Baronio*, an. 328, n. 20, credimus) accepit *Roma* ab *Antonio* magno per *Athanaſium* Epiſcopum Alexandrinum: a Romana vero Eccleſia velut e promptuario diſciplinæ aliæ omnes Occidentalis orbis Eccleſiæ mutuatæ ſunt. *Athanaſius* anno Domini 340 in urbem acceſſit. *Nulla eo tempore*, inquit *Hieronymus* (in Ep. 16 ad Princip. de *Marcellæ* Epitaph.) *nobilium feminarum noverat* Romæ *propoſitum Monachorum, nec audebat propter rei novitatem ignominioſum (ut tunc putabatur) & vile in populis nomen aſſumere. Hæc* (Marcella) *ab Alexandrinis prius ſacerdotibus Papaque* Athanaſio, *& poſtea* Petro, *qui perſecutionem* Arianæ *hæreſeos declinantes, quaſi ad tutiſſimum communionis ſuæ portum* Romam *confugerant*, vitam B. Antonii *adhuc tunc viventis Monaſteriorumque in* Thebaide, Pachumii *& Virginum, ac viduarum didicit diſciplinam, nec erubuit profiteri quod Chriſto placere agnoverat.* Deinde *Hieronymo* (ibid.) *Romæ* commorante fuerunt *tam crebra Virginum Monaſteria Monachorumque innumerabilis multitudo, ut pro frequentia ſervientium Deo, quod prius ignominiæ fuerat, eſſet poſtea gloriæ.* Auguſtinus, de morib. Eccl. c. 33. Romæ *etiam plura* Monaſteria *cognovit, in quibus ſinguli gravitate, & divina ſcientia pollentes, cæteris ſecum habitantibus præerant Chriſtiana charitate, ſanctitate, & libertate viventibus.*

Euſebio primum Vercellarum Epiſcopo ab anno circa 340 ad 371 id elogii attribuit *Ambroſius* lib. 10, Ep. 82, quod *primus in Occidentis partibus diverſa inter ſe conjunxit, ut & in Civitate poſitus Inſtituta Monachorum teneret, & Eccleſiam regeret jejunii ſobrietate.* Et erat, *Auguſtino* teſte lib. 8 Conf. c. 6, *Monaſterium* Mediolani *plenum bonis Fratribus extra urbis mœnia ſub* Ambroſio *nutritore.* Quo Monaſterio nullum forte in tota Italia antiquius, ſi ante annum 313 (quemadmo-

decimum primum (*b*); & ſi qua aut regularum, aut officiorum varietas ſubrepſerat, ea per Benedictum Ananienſem, quem alterum ſuum parentem

---

modum *Ferdinandus Ughellus* Tom. 4 Ital. ſac. affirmat) a *Mirocle* Mediolanenſium Antiſtite conditum ſuit. Legimus apud *Severum Sulpicium*, (Vitæ), S. Martinum, c. 4, Turonicum poſtea Epiſcopum, Mediolani, *ſibi monaſterium ſtatuiſſe*, ubi *eum* Auxentius *Auctor & princeps* Arianorum, *graviſſime inſectatus eſt*, *multiſque affectum injuriis de civitate exturbavit*. Inde *Martinus* in Inſulam Gallinariam ſe recepit, ubi aliquandiu vitam Monaſticam coluit.

S. Auguſtinus Ambroſii exemplo edoctus (Poſſid. in vita S. Auguſtin.) *factus Presbyter Monaſterium intra Eccleſiam* (Tagaſte in Africa) *mox inſtituit*, & *cum Dei ſervis vivere cœpit ſecundum modum*, & *Regulam ſub Sanctis Apoſtolis conſtitutam*. Taceo in Inſulis Dalmatiæ choros a *Nepotiano* frequentatos, ut ſcribit *Hieronymus* (Ep. 1.) ad *Heliodorum*: taceo *Inſulas & totum* Hetruſcum *mare* Volſcorumque *provinciam*, & *reconditos curvorum litorum ſinus*, *in quibus* tempore *Hieronymi* (*Ep.* 30.) *Monachorum conſiſtebant Chori*. Mitto *Caprariam*, & *Gorgoniam* Inſulas a Monachis cultas. Satis hæc ſunt ad demonſtrandam vitæ monaſticæ in Italia originem ſæculo quarto. Elanguit Monaſtica inſtitutio in illis regionibus ſæculo inſequente *ob Gothorum*, *Hunnorum*, *Vandalorum*, & *Erulorum* irruptiones: ſed tandem ineunte ſæculo ſexto reſpirare cœpit, & *Benedicto* auctore Ægyptiorum Monachorum celebritatem adæquavit.

(b) Mabillon. ibid. Una quippe erat eorum ſocietas (ait Mabillonius in præfatione ad primam partem ſæculi IV Benedictinorum n. 52.) facilis, & promiſcuus in alia monaſteria Monachorum invicem cum Præfectorum licentia commeatus: tametſi omnia ſeparata erant, ſed una charitatis lege confœderata. Primaria vitæ Monaſticæ Regula erat abdicatio rerum omniom, tum priorum ſtudiorum, qualis in Evangelio præſcribitur. Adhæc ſeceſſio a ſæculi tumultu: Officia divina ſtatis horis, obedientia ſumma, juge ſilentium, labor manualis, ciborum tenuitas & delectus, corporis caſtigatio, delictorum etiam levium, pœnæ graves: in ſumma, propriæ ſalutis una fere & maxima cura; pro aliena continuæ ac ſolicitæ preces; pro Eccleſia etiam ſuſcepti labores, ubi poſtulabat charitas, aut neceſſitas. Legumlatorum omnium regulæ eo ſpectabant: & quæ ad id magis conducere videbatur, eam ſuſcipiebant Monachi cujuſque Monaſterii pro Rectorum arbitrio, & volontate apud Occidentales, ſeu Latinos.

Hanc Monachorum uniformitatem uſque ad Sæculum XI perduraſſe obſervavit quoque Vir eruditus Lucas Holſtenius in præfatione ad Codicem Regularum; aſſeritque, diverſitatis Ordinum, qualis hodie inter Varios Ordines præſertim Mendicantiam cernitur, ne veſtigia quidem ſibi ante annos ſexcentos apparere: „ *Qui quo-*
„ *cumque intueor*, inquit, *uniformem ubi-*
„ *que Monachatus rationem*, & *facilem*,
„ *ac promiſcuum invicem tranſitum*, *mu-*
„ *tuumque commeatum*, *profeſſionem*, &c.
„ *Cœnobiorum cerno*. Orientales Monachi
„ quando in Occidentem venetant, cum
„ ibi profitentibus religioſam vitam ſine
„ diſcrimine cenſebantur: viciſſim Occi-
„ dentales in Oriente; qood cum innu-
„ meris exemplis demonſtrari poſſit, unum
„ tantum hic afferam Caſſiani, & Germa-
„ ni Gallorum Monachorum, qui Ægyp-
„ ti Monaſteria peragrarunt inſtituti Mo-
„ naſtici cognoſcendi cauſa, & animo in
„ patriam referendi hauſtam inde noti-
„ tiam diſciplinæ, in ſuum, & popula-
„ rium ſuorum uſum, onde ſatis apparet,
„ exiſtimaſſe ipſos unum eſſe in commu-
„ ne omnium obique Monachorum mo-
„ dum, & *uſum Religionis profiten-*
„ *dæ*. “

Nul-

tem Monachi appellant, ſublata fuit (*c*).

§. II. Sæculo Undecimo ortæ ſunt Familiæ Cluniacenſium (*d*), Chartu-

Nullos fuiſſe diverſos Monachorum Ordines tempore Gregorii VII, id eſt ſub finem ſæculi XII, annotavit quoque Chriſtianus Lupus tom. 5 Schol. pag. 279.

Graveſſon. H. E. Lib. II, p. 140. Obiter tamen cum doctiſſimo Mabillonio, Præfatione in I Tomum Annalium Benedictinorum hic advertere debes, Monachos ſexti Sæculi, ſicut, & in aliis præcedentibus, non uni peculiari Regulæ fuiſſe addictos, ſed aliquando plures inſimul Regulas uno in Monaſterio fuiſſe obſervatas. Nam cum iſtæ Monaſticæ Regulæ in unum ſcopum collimarent, ut ſcilicet abdicata rerum omnium proprietate, Monachi vitam communem, laborioſam, abſtinentem, & a ſæculi tumultu alienam, in ſummo ſilentio ſub Præpoſiti obedientia tranſigerent, ſtatiſque horis ad Divina Officia, ad Lectionem, ad curandum corpus convenirent; in promptu erat, quæ mortalia ſunt in omnibus regulis proponere Monaſteriis: quæ vero ad Officia divina, jejuniorum, ac laboris penſum, aliaque id genus pertinent, pro nutu, & arbitrio Abbatis, ſeu Præpoſiti, ex illis regulis deſumerentur. Quapropter in tanta Regularum diverſitate maxima erat Monachos inter omnes animorum conſenſio, una ſocietas, unumque corpus, nulla veſtis quantavis diverſitate diſcretum. Facilis etiam erat ac promiſcuus ex uno in aliud Monaſterium tranſitus, mutuuſque commeatus, non modo latinorum inter ſeſe, ſed etiam Latinos inter ac Græcos, quibus ſat erat ſtabilitatem in novo Monaſterio firmaſſe. Ratio hujus eſt, quia in ſexto ſæculo, ſicut & in aliis præcedentibus, unus tantum erat Monaſticus Ordo, necdum in varias Claſſes diviſus, ſicut in præſentia diviſus eſt in Religioſis, exempli gratia, Mendicantibus, quorum univerſæ, quamvis late ſparſæ familiæ ſub uno peculiari capite, certis, & cuique propriis Officiis ac Legibus Deo militant. At ſæculo ſexto unus erat in commune omnium, ubique Monachorum tam Græcorum, quam Latinorum modus, & uſus Religionis profitendæ; nec iſti Monaſtici Ordinis unitati officiebant diverſæ illæ Regulæ, quæ aliquando in eodem Monaſterio obſervabantur, quia, ut inquit *Lucas Holſtenius* in Præfatione *ad Codicem Regularum* cap. 3, diverſæ illæ Regulæ in commune proponebantur, ut ex his Monachi pro locorum & nationum differentia, vitam uniformi, quoad præcipua, diſciplina temperarent. Primaria quippe, & quaſi fundamentalis Monachorum Regula Evangelium erat, illa ſcilicet Chriſti conſilia, quæ caſtrare ſeipſum propter Regnum Cœlorum, quæ abnegare ſe & crucem tollere, quæ patrem, & matrem, uxorem & agros propter Chriſtum relinquere; quæ vendere patrimonia & dare pauperibus, ſicque nudos Chriſtum ſequi ſuadebant. Regulæ autem particulares nihil niſi ejus primæ ac univerſalis Regulæ applicationes, aut declarationes locis aut perſonis plerumque aptatæ habebantur.

(c) Vid. Joann. *Mabillonus* in Actis Sanctorum Ord. Bened. Sæc. IV, P. 1, Præf. p. 27, & præf. ad Sæc. V, p. 25, Ejuſdem Annales Ordinis S. Benedicti Tom. II, p. 430, 5, & multis hujus Voluminis locis, *Aug.* Calmet hiſt. de Lorraine Tom. I, p. 596. De Benedicto Anianenſi, & ejus meritis vide in univerſum Acta Sanctor. Tom. II *Febr.* p. 606, Hiſt. litter. de la France Tom. IV, pag. 447, 5.

(*d*) Cluniacenſis Abbatia novæ Congregationis, & Ordinis Sancti Benedicti Reformationis Caput, a *Vuillelmo Pio* Comite Arvernienſi, & Aquitanorum Duce, in fundo proprio in Burgundia ſito, ſeu in Villa Cluniaco Diœceſis Matiſconenſis fundata ac conſtructa eſt anno nongenteſimo decimo, ut legitur in Chronicis *Ademari*, *Maleacenſi* & quibuſdam aliis, ſed præcipue in

Digitized by Google

Charta, ſeu, ut vocant, Teſtamento ejuſdem *Vuillelmi* Comitis, quod exhibet Mabillonus ſæculo V Benedictino. Beatus *Berno* primus Clauniacenſis Monaſterii Abbas, variis jam præerat Abbatiis, ſeu Cellis, *Balmenſi* videlicet apud Sequanos, *Gigniacenſi* in Territorio Lugdunenſi poſitæ, aliiſque, quibus addidit Cluniacum, de quibus Monaſteriis legendus eſt mox laudatus *Mabillonius*. Abbatiæ Cluniacenſi præfuit *Berno* 11 annis, ſicut aſſerit Petrus Venerabilis l. 6, Epiſt. 15, & obiit ſanctitatis fama clarus anno nongenteſimo vigeſimo ſeptimo, ut videre eſt in ejus Elogio Hiſtorico, quod texit *Mabillonius* ſæculo V Benedictino. Bernoni in Abbatia Cluniacenſi ſucceſſit Odo, qui extinctum pene in Galliis S. *Benedicti* Ordinem ſuſcitavit multumque propagavit. Quo fit, ut a nonnullis S. *Benedicti* in Galliis Ordinis auctor habitus ſit; propterea quod Monaſteria complura, quæ antea partim deſtructa omnino a ſe diſtracta erant, in unum quaſi corpus adduxit, eiſque uniformem vivendi normam, qualis apud Cluniacum ſervabatur, præſcripſit. Quod ut clarius intelligas, obſervare convenit, ſub finem noni Eccleſiæ ſæculi, cum Normanni profana & ſacra omnia igne ferroque vaſtantes, Monaſteria ſuſdeque vertiſſent, defeciſſe in pleriſque Galliæ locis Monachos, qui partim necati, partim ſuis ſedibus fugati, palabundi vitam miſeram ducere vix ſinebantur. Hinc factum, ut ſæculo decimo ineunte, cum *Odo*, qui *Bernoni* in Abbatia Cluniacenſi ſucceſſit, de Monaſtica vita cogitare cœpit, pauca ſupereſſent Cœnobia Monachorum, atque in paucis illis ſincera religio deſideraretur, ut videre eſt apud *Joannem* Monachum Diſcipulum S. *Odonis* in ejus Vita, & in Præfatione a *Mabillonio* ſæculo V præfixa. Sed tam ardenti zelo in Reformationem Ordinis benedictini incubuit S. *Odo*, ut plura Cœnobia præſertim in Italia, in Cluniaci poteſtatem venerint, eiſque S. *Odo* ut Abbas Generalis præfuerit. Hinc *Flodoardus* in Chronico eum *multorum Monaſteriorum reſtauratorem ſanctæque Regulæ reparatorem vocat*, & *Glaber Rodulphus* Monachus ait: Hic, ſeu S. Odo, *tantum hujus Inſtituti propagator extitit, ut a Beneventana provincia, quæque habebantur in Italia, & in Galliis, uſque Oceanum mare potiora Monaſteria illius ditioni gratularentur eſſe ſubjecta*. Tanta demum S. *Odonis* ſecundi Abbatis Cluniacenſis erat nominis ac religionis celebritas, ut ad eum non modo Laici nobiles & Clerici, ſed etiam Epiſcopi, dignitatibus abdicatis, confluerent, teſte mox laudato *Joanne* Monacho lib. 3 ejus Vitæ, quod etiam confirmat Mabillonius in Elogio Hiſtorico ejuſdem S. Odonis quod inſeruit ſæculo V Benedictino. Scripſit S. Odo aliquot Sermones, Hymnos, & alia Opuſcula quæ extant in Bibliotheca Cluniacenſi anno nongenteſimo quadrageſimo ſecundo, ut ſcribit *Flodoardus* in Chronico. Succeſſerunt in Abbatia Cluniacenſi ſanctiſſimi Abbates videlicet *S. Aymardus*, *S. Majolus*, & *S. Odilo*, quorum Elogia Hiſtorica texit *Mabillonius* ſæculo V Benedictino. Extant etiam in Bibliotheca Cluniacenſi varii Sermones lucubrati a S. *Odilone* una cum vita S. *Majoli*, quam deſcripſit idem Sanctus Abbas. Quantum ornamenti Eccleſiæ, quantum ad excitandam in perditiſſimo ſæculo decimo Religionem & pietatem contulerit celeberrima Cluniacenſis Congregatio, quot Cœnobia Ordinis Benedictini reformarit, quod viros ſanctimonia & doctrina celebres protulerit, non facile eſt æſtimare. Sufficiat hic dicere, *Cluniacenſe Monaſterium*, teſte *Petro* Venerabili in lib. I de Miraculis c. 9, *Religione, diſciplina, ſeveritate, fratrum numeroſitate, omnique monaſtici ordinis obſervatione, toti pene Orbi notiſſimum evaſiſſe*. Fervebat in hoc Cluniacenſi Monaſterio virtutum æmulatio, ſtudium in res ſacras, Regulæ accurata obſervatio, & tam profuſa in pauperes charitas, ut *ſeptendecim millia pauperum in capite Quadrageſimæ uno anno apud Cluniacum, eleemoſynam habuerint*, & *ducentas quinquaginta perſnas*

Digitized by Google

tuſianorum (*e*) Camaldulenſium (*f*), Vallumbroſanorum (*g*), Grandimon-
te-

---

nas acceperint, ut teſtatur *Udalricus* lib. 3 conſuetudinum Cluniacenſium cap. 11. Non ſancta dumtaxat Regula, ſed propriis etiam conſuetudinibus Cluniacenſis Congregationis Cœnobia regebantur, quas mox citatus *Udelricus* Monachus XI ſæculi accurate collegit, & tribus libris digeſſit in modum Dialogorum. Hos tres *Udalrici* libros *de Conſuetudinibus Cluniacenſium* vulgavit *Lucas Dacherius* tomo quarto Spicilegii.

(e) Chartuſienſium Ordinem fundavit S. *Bruno* non an. MLXXXII, ut putavit *Baronius*, ſed an. MLXXXIV, ſicut doctiſſimus *Pagius* loco mox memorato oſtendit tum ex Charta, qua S. *Brunoni* ejuſque Sociis Carthuſiæ ſolitudo conceſſa eſt, in qua conceptis verbis legitur, *hanc Carthuſiæ* Solitudinem *a Magiſtro Brunone, & ab his, qui cum eo erant, fratribus, cœpiſſe inhabitari & conſtrui anno ab incarnatione Domini MLXXXIV, epiſcopatus vero domini Hugonis Gratianopolitani Epiſcopi quarto.*

(f) Congregatio Camaldulenſis Auctorem habuit Sanctum Romualdum Ravennæ ex Illuſtriſſima progenie oriundum, qui primum Monachus fuit apud Nigros, ut vocant, Monachos in Cœnobio Claſſenſi prope Ravennam, dein poſt varias tum in Italia, tum in Gallia locorum mutationes, novum vitæ genus, ſeu Congregationem Camaldulenſem ſub Regula Sancti Benedicti inſtituit. Porro hæc Congregatio dicta eſt *Camaldulenſis* a *Camalduli*, ſeu Campi *Malduli* Eremo, ubi vir Sanctus ſub finem vitæ ſuæ Eremitorium conſtituit, duplexque vitæ genus in ſua Congregatione inſtituit, *Cœnobitarum* ſcilicet, ac *Eremitarum*, quibus utrum colorem in candidum vertit. Hæc Camaldulenſis Congregatio (Cujus ſtatuta legi poſſunt in Hiſtoria Camaldulenſium Ordinis ab *Auguſtino Florentino*, & a Fratre Luca Eremita Hiſpano edita) fuit approbata, & confirmata a Summis Pontificibus Leone IX, Nicolao II, & Alexandro II. Viguit uſque ad noſtrum tempus Eremitarum Camaldulenſium abſque ulla reformatione Religio, cum apud Cœnobitas Camaldulenſes haud parum laxata ſit priſci vitæ generis auſteritas. Tres iſtius Inſtituti Camaldulenſis extant nunc Eremitarum Congregationes, videlicet Camaldulenſis, Veneta, & Montis Coronæ, præter Gallicanam. Cœnobitarum vero Camaldulenſium non pauca adhuc, in Italia præſertim, habentur Monaſteria. Camaldulenſibus tam Cœnobitis, quam Eremitis unus olim præerat Præpoſitus Generalis, a quo receſſerunt Eremitæ, qui modo a ſuis Superioribus reguntur. In eamdem Camaldulenſium Congregationem coaluit alia Eremitarum Congregatio Fontis Avellani dicta, quæ eodem ſæculo XI exorta maxime inclaruit per Sanctum *Petrum Damiani*, qui de ejus Inſtitutis ſcripſit, ut videre eſt apud Mabillonium in Obſervationibus præviis *ad S. Petri Damiani* vitam, quam exhibet ſæculo VI Benedictino, quod eſt Eccleſiæ undecimum. Mortuus eſt S. *Romualdus* Camaldulenſis Congregationis Inſtitutor an. MXXVII, ejuſque vita ſcripta fuit a S. *Petro Damiani*, & Sancto Hieronymo Pragenſi Eremita Camaldulenſi, qui Apoſtolicis laboribus in fide Barbaris prædicanda clariſſimus fuit, vitamque Sancti Romualdi ſcripſit, quam refert Bollandus ad diem 7 Februarii.

(g) Congregatio Vallumbroſana dicta eſt a valle umbroſa, id eſt ab opacis arboribus, quæ montium dorſo incumbunt, vallemque ſubjectam adumbrant. Hæc vallis diſtat itinere dimidii diei ab Urbe Florentia, & in Medio Florentiam inter, & Camaldulenſem Eremum intervallo ſita eſt, quam Vicanus amnis, ſeu torrens præterfluit. Illic S. Joannes Gualbertus, patria Florentinus, qui vitam Monaſticam profeſſus jam fuerat in Monaſterio Sancti Miniatis in Monte prope Florentiam, ſedem ſuam fixit circa annum MLI. Ibique Congregationis Vallumbroſanæ, juxta regulam S. Benedicti, fundamenta jecit. Fama ſancti-

Digitized by Google

tenſium (*h*), Ciſtercienſium (*i*), quæ licet omnes Sancti Benedicti inſtituto addictæ, eam tamen ſingulæ veſtimenti formam, cum vitæ colorem, eamque morum ſeveritatem ſibi induerunt, quæ ſui propria eſſent, nec cum aliis communia; unde Ordinum diſſimilitudo, ac varietas enata eſt.

§. III. Aggeribus ſemel ruptis, iiſque vinculis, quibus omnes Monachorum familiæ in unum Ordinem colligabantur, ſemel effractis, ſtatim extitere, qui ad novos alios Regularium virorum Ordines pariendos animum adjecerunt, ac plures etiam ſatis peperiſſent, nec ſolum ab aliorum Ordinum regulis, ſed etiam ab Ca–

ſtitatis ejus per vicina loca ſeſe diffundente, multi Cletici, & Laici converſionis, & pœnitentiæ ſtudio ad eum venere, quos inter cenſetnr *Petrus* Monachus, qui fuit poſtea Albanenſis Epiſcopus Cardinalis, & *Igneus* cognominatus, eo quod, ut ſupra obſervavimus, probatione per ferrum ignitum ad cohibendam graſſantem ſimoniam uſus eſt. Novem Monaſteria vel ædificavit, vel Congregationi ſuæ univit *S. Joannes Gualbertus*, quibus poſtea alii Abbates, qui ei ſucceſſerunt, alia adjunxernnt. In magnæ ſanctimoniæ opinione fuit primis temporibus hæc Vallumbroſana Congregatio, protulitque vitos ſanctitate inſignes, quorum Elogia contexuit *Hieronymus de Raggiolo*, Prior S. Donati in Vinea. Fuit confirmata hæc Vallumbroſana Congtegatio a Romanis Pontificibus Alexandro II, Gregorio VII, & Urbano II.

(h) Ordo Grandimontenſis Anno MLXXIV fuit in Gallia fundatus a Sancto Stephano de Mureto nobili Arverno, qni poſt impetratam a Gregorio VII Summo Pontifice inſtituendi Ordinis Eremitici facultatem, receſſit in nemoroſum Montem, qui tribus leucis ab Urbe Lemovicarum diſtat, & Muretum dicitur, ibique novum inſtituit Ordinem, qui poſtea *Grandimontenſis* eſt appellatus, quod Monachi Montem Muretum relinquere coacti, ad Grandem Montem migrarint an. MCXXIV, indeque Ordinis nomen Grandis Montis factum. Regulam propriam fratribus, quos in Monte Mureto congregaverat S. Stephanus, dedit, Apoſtolicam ſane & auſteram, quam Summi Pontifices Urbanus III, & Clemens III, confirmarunt.

(i) Nobiliſſimi Ciſtercienſis Ordinis fundamenta jacta ſunt in Galliis anno milleſimo nonageſimo octavo a D. Roberto Abbate Moliſmenſi, Ordinis Benedictini, licentia & aſſenſu Hugonis Archiepiſcopi Lugdunenſis Apoſtolicæ Sedis Legati, favente Odone Burgundiæ Duce, & annuente *Walterio* Epiſcopo Cabilonenſi, in cujus Diœceſi conſtructum eſt in loco uliginoſo & nemore vaſtiſſimo Monaſterium Ciſtercienſe totins Ordinis Caput, a Ciſternis, ut nonnnlli putant, hoc nomen ſortitum. Sancti *Benedicti* Regula, propriiſque Statutis devincti ſunt Ciſtercienſes, quorum primns Abbas fuit jam laudatus B. Robertus, qui tamen ad Moliſmenſes ſuos Monachos juſſu *Urbani II* Summi Pontificis redire coactus, Ciſtercienſibus Præpoſitum Abbatem *Albericum* Sanctitate non imparem reliquit. Hic ſecundns Ciſtercienſium Abbas novi confirmationem Ordinis a Paſchali II Pontifice Maximo impetravit, eique in Regimine Ordinis Ciſtercienſium ſucceſſit *Stephanus* qui fuit tertius illius Ordinis Abbas ſanctitate conſpicuus, multaſque erexit Abbatias, inter quas eminent *Firmitas* Gallice *La Ferte* prima Ciſtercii filia quatuor ab Antiſiodoro leucis Anno MCXIV condita; *Clara Vallis*, tertia Ciſtercii filia, in Diœceſi Lingonenſi inſtituta an. MCXV, & *Morimundus*, quæ eſt Abbatia in Diœceſi

Catholicorum dogmatibus alienos (*k*), niſi Latteranenſi, ac Lugdunenſi Conciliis cautum fuiſſet, ne amplius inconſulto Romano Pontifice novi Ordines inſtituerentur. *Cap. 9 de Religioſ. Domib. & cap. un. eod. in 6.*

§. IV. At quo majore ſedulitate obſtitere Pontifices, ne novæ Sodalitates inſtituerentur Chriſtianæ Reipublicæ bono infenſæ, eo acriore contentione inſtiterunt, ut nova Sodalitia conſtituerentur, quæ labantem diſciplinam ſuſtinerent, afflictiſque ac ruentibus Eccleſiæ rebus obvias ſeſe ferrent. Hac voce experrecti, atque excitati Divus Dominicus (*l*), ac Divus Franciſcus (*m*) duos illos ordines Fratrum Majo-

ceſi Lingonenſi eodem anno excitata, & quarta Ciſtercii filia. Quatuor hæ Abbatiæ ſunt quaſi totidem Ciſtercii filiæ primigeniæ, ex quibus inde, velut rivi ex fonte ceteræ omnes exortæ ſunt, ut videre eſt apud *Manriquem* in Annalibus Ciſterc. ubi de illis omnibus fuſe agit.

(k) Bellarmin. de Monach. Lib. II, Cap. IV, pag. 176. Ad annum Domini circiter 1170, pauperes de Lugduno ordinem quemdam religioſum inſtituerunt, ſed multis admixtis ſuperſtitionibus, & hæreſibus. Quocirca a Lucio III, Alexandri III ſucceſſore, hæreſeos damnati fuerunt, & ſecta eorum reprobata, ut ſcribit Abbas Urſpergenſis in Chronico ann. 1212. Illi vero poſtmodum, id eſt, tempore Innocentii III Sedem Apoſtolicam adeuntes diu inſtiterunt, ut idem auctor ait, ut reconciliarentur, & religio ipſorum confirmaretur, nec tamen impetrarunt.

Inde igitur factum eſt ut B. Franciſcus, & B. Dominicus volentes ſimiliter novos Ordines inſtituere, & metuentes, ne ſibi accideret, quod videbant accidiſſe Waldenſibus, noluerunt confidere ſuo judicio, ſed a Pontifice confirmationem petiverunt, & impetraverunt. Paulo autem poſt in Concilio Lateranenſi generali conſiderans Innocentius III periculum, quod imminebat Eccleſiæ, ſi unicuique liceret novam religionem excogitare, prohibuit, ne deinceps ullus novus Ordo inſtitueretur, nimirum ſine approbatione Apoſtolicæ Sedis, ut habemus cap. fin. de Relig. dom. Quod decretum renovavit Gregorius X, in Concilio Lugdunenſi, ut habemus *cap. Unico de Relig. dom. in 6.* Atque hinc cœpit eſſe neceſſarium, quod antea erat liberum.

(l) *Matthæus Pariſ.* ad ann. 1198 ita ſcribit. „ Defuncto Papa Cœleſtino, Innocentius III ſucceſſit. Cujus favore „ exortum eſt in Italia Novum genus Prædicatorum, qui Jacobitæ voluerunt appellari, eo quod vitam Apoſtolicam conperint imitari. Iſti in victu & veſtitu ſatis tenues, aurum, & argentum, vel aliud quid proprii non poſſidentes, ibant „ per civitates, & vicos, & caſtella, verbum Evangelii prædicantes. Multiplicati ſunt autem in brevi per orbem univerſum, propter ſpontaneam paupertatem, habitantes deni & ſepteni ſimul in „ Urbibus Capitalibus, nihil de craſtino „ cogitantes, nec quicquam uſque mane „ retinentes. De Evangelio quoque juxta „ Regulam Evangelicam vivebant, & ſi „ quid ſibi in menſa ex eleemoſynarum „ largitione ſuperabundabat, hoc continuo „ pauperibus erogabant. Ibant autem calceati in præparatione Evangelii, veſtiti dormiebant, mattis pro ſtratis utebantur, ſaxeis cervicalibus capitibus ſubnixis. “

(m) Matthæus Paris ad ann. 1227, ubi ſacram ejus Regulam deſcribit. „ De Ordine vero FF. Minorum hæc habet. „ Multi Nobiles ipſius (*S. Franciſci*) exemplum ſecuti, relicto ſæculo cum vitiis & concupiſcentiis ejus, ſeſe Magiſterio ſuo ſubdiderunt. Crevit igitur in „ brevi hic Ordo FF. qui Minores di„ cun-

Digitized by Google

jorum, atque Minorum Chriſtianæ Fidei propugnacula, atque Eccleſiaſticæ diſciplinæ præſidia fundarunt, eoſque Sanctiſſimis legibus, optimiſque præſidiis muniverunt. Hiſce duobus Ordinibus acceſſerunt etiam Carmelitæ (*n*) ab Aberto Vercellenſi primum Epiſcopo, deinde Patriarcha Hieroſolymitano clauſtrorum legibus ſociati, atque Eremitæ (*o*) ab Alexan-

---

„ cuntur, per orbem univerſum: qui in
„ urbibus habitantes, & Caſtellis, deni &
„ ſepteni exierunt in diebus illis per vil-
„ las & Eccleſias Parochiales, verbum vi-
„ tæ prædicantes, & turbis agreſtibus vir-
„ tutum plantaria inſerentes, fructum Do-
„ mino plurimum obtulerunt. Nec ſolum
„ inter Fideles ſemen Verbi Dei & rorem
„ doctrinæ cœleſtis conſperſerunt: verum
„ etiam ad Gentilium & Saracenorum na-
„ tiones ſe conferentes, perhibuerunt te-
„ ſtimonium veritati, inter quos etiam
„ multi ex eis ad martyrii gloriam pervene-
„ runt. “ *Et ad ann.* 1208, *de iiſdem
ſcribis*: „ Sub his diebus Prædicatores, qui
„ appellati ſunt Minores, favente Papa In-
„ nocentio ſubito emergentes, terram re-
„ pleverunt, habitantes in urbibus & ci-
„ vitatibus deni & ſepteni, nihil omnino
„ poſſidentes, de Evangelio viventes, in
„ victu, & veſtitu paupertatem nimiam
„ præferentes, nudis pedibus incedentes,
„ maximum humilitatis exemplum omni-
„ bus præbuerunt. Diebus autem Domi-
„ nicis & feſtivis de ſuis habitaculis exe-
„ untes prædicaverunt in Eccleſiis Paro-
„ chialibus Evangelium Verbi, edentes &
„ bibentes quæ apud illos erant, quibus
„ officium prædicationis impendebant. Qui
„ in rerum cœleſtium contemplatione tan-
„ to perſpicatiores ſunt inventi, quanto a
„ rebus præſentis ſæculi, & carnalibus de-
„ liciis comprobantur alieni. Nullum ge-
„ nus alimenti penes eos uſque in craſti-
„ num reſervatur, ut paupertas ſpiritus,
„ quæ viget in mente, actu ſicut & ha-
„ bitu omnibus innoteſcat. “

(n) Anno 1245 Carmeli Eremitæ propter Saracenorum incurſus in Europam migrarunt, & ſuperinducta cœnobiticæ vitæ forma cœperunt inter Ordines Religioſos numerari, favente Innocentio IV Pontifice Maximo. Tunc B. Virginis patrocinium experti, auctore (ut veriſimile eſt) B. Simone Stok, *Fratres B. Mariæ de Monte Carmelo* ſe ipſos appellabant. Carpita ſeu pallio variegato, ideſt, vittis ſeu circulis albis, non adſutis, ſed intextis, & æquali ſpatio totam veſtem a ſummo ad imum percurrentibus diſtincto intercurrentibus griſeis, induti erant. De quibus Londinenſe Capitulum Generale anno 1183 ita ſtatuit: *Frater Profeſſus habeat unam carpitam, quod eſt noſtræ Religionis ſignum, non de petiis conſutam, ſed contextam, & habeat ſeptem radios tantum, ut ſimus uniformes*. Regulam a B. *Alberto* traditam *Hugo a S. Caro* Tituli *S. Sabinæ* Presbyter Cardinalis ex Ordine Prædicatorum aſſumptus, & *Willelmus* Anteradenſis Epiſcopus, auctoritate ab Innocentio IV ſibi commiſſa, declararunt, correxerunt, mitigarunt: quam declarationem, correctionem, & mitigationem ipſe Pontifex confirmavit Diplomate dato Lugduni Kalendis Septembris anno 1248. Regulam ſic mitigatam non ſervant ipſi qui *Mitigati Carmelitæ* dicuntur, ſed eamdem cum nova mitigatione facta ab Eugenio IV, die 15 Martii anno 1425.

(o) Ut magis innoteſcat quis eſſet 13 Sæculo hujus Ordinis ſtatus, operæ pretium eſt obſervare, quinque tunc fuiſſe Congregationes Eremitarum, primam S. Guillelmi, alteram S. Auguſtini, tertiam F. Joannis Boni, quartam De Fabali, quintam de Brictinis. S. Guillelmi Canonizatio ab Innocentio III facta anno 1202 propagandi latius Ordinis Guillelmitani cauſa fuit, quem tunc in duas Congregationes diviſum legimus. Primæ caput fuit Monaſterium in Stabulo Rhodis, quo in lo-

xandro IV in unam omnes ſocietatem compulſi, quorum utrorumque præclara in Eccleſiam merita nulla unquam obſcurabit vetuſtas, nec delebit oblivio. Plures alii ſubſequentibus temporibus exorti ſunt Religioſorum virorum Ordines, quorum Cœnobia maximis, clariſſimiſque virtutibus ampliſſima domicilia aperuerunt (*p*).

QU.

---

loco Vir ſanctus obierat: alterius, Monaſterium *De Fabali Monte*, quæ Congregatio proprio Generali parebat, ſub Regula S. Benedicti, quam Guillelmitis dedit Gregorius IX, Innocentius IV confirmavit Diplomate dato Lugduni 8 Nonas Septembris anno Pontificatus VII, Chriſti 1250, quod *Samſon Hajus* exhibet in libro *De veritate Vitæ & Ordinis S. Guillelmi*. Congregationem Eremitarum de *Brictinis*, Gregorius IX, anno I Pontificatus, 6 Kalendas Decembris dato Diplomate, quod incipit his verbis, *Sacroſancta Romana Eccleſia*, in protectionem Sedis Apoſtolicæ ſuſcepit; eique anno ſequente *Regulam Sancti Auguſtini* tradidit. Utrumque Diploma *Laurentius Empoli* Bullario Auguſtiniano inſeruit. Alteram Congregationem Eremitarum Budrioli in Cæſenate Diœceſi inſtituit *B. Joannes Bonus* Mantuæ anno 1249, die 23 Octobr. vita functus. His Regulam *S. Auguſtini* cum nigro habitu Gregorius IX dedit, ut conſtat ex Innocentii IV Diplomate, quod incipit, *Admonet nos cura*, & refertur in Bullario Auguſtiniano Num. 14. Proprios Generales habuit, I B. Joannem Bonum, deinde Matthæum, poſtea Hugonem & Marcum in ſchiſmate electos, denique ipſis ultro cedentibus, Lanfrancum, quem *Guillelmus S. Euſtachii* Cardinalis Innocentii IV auctoritate confirmavit, ut ex Diplomate mox laudato compertum eſt. Eremitæ qui nec ad Congregationem *S. Guillelmi de Stabulo Rhodis*, nec ad Congregationem *S. Guillelmi de Fabali*, nec ad illam de Brictinis, nec ad *B. Joannis Boni* pertinebant, nec ſuum Generalem habebant, ſed parebant Epiſcopis, *Eremitæ S. Auguſtini* ſimpliciter dicebantur. *Innocentius IV* varios Eremitas in Etruria potiſſimum degentes in unum Religionis corpus adunavit ſub una S. Auguſtini Regula, unoque ſuperiore Generali, ac Religioſam illam Societatem multis ornavit Privilegiis, ut FF. Prædicatorum inſtar, ac Minorum, & ipſi Eccleſiæ ſervire, ac prodeſſe poſſent, ut Jordanus de Saxonia in Vitis Fratruum.

(p) Plura de Regularibus, & Monachis, vide in Monaſtico ſive Aſcetico tum Renati Choppini, tum Ant. Dandini Altaſerræ. Diverſas ſub unaquaque Regula militantes in Occidentali Eccleſia familias hic attexi non injucundum erit, ut ſpero, ſtudioſo Lectori.

Ordines, & Congregationes Hominum Religioſorum Militantium I ſub Regula Sancti Baſilii.

Præter Græcos Monachos, qui *Calochieri* vocantur, Baſiliani Sancti Salvatoris Meſſanenſis in Sicilia, Calabria, Hiſpania; tranſlati in Occidentem circa annum Chriſti 1057, Græco ſermone ac ritu Divina celebrantes.

Baſiliani alii ritus Latini, per Germaniam. Carmelitæ, ſive Fratres B. Mariæ de Monte Carmelo. Tum viri triplicis generis.

Calceati, ſive *Majores*, qui inſtituti di-

cun-

cuntur anno 1205. *Mitigati*, anno 1432. *Diſcalceati*, ſeu *Nudipedes* ex reformatione B. Thereſiæ anno 1562. Item Feminæ *Carmelitanæ*. Addi poteſt *Sanctæ Birgitæ* Ordo Feminarum & Virorum, cujus Regula ex Baſilii, & Auguſtini Statutis mixta videtur, in Svecia anno 1363.

II. Sub Regula Sancti Auguſtini. Partim Canonici Regulares, partim Monachi ſive Eremitæ.

Canonici & Clerici Regulares. *Lateranenſis*-Congregatio, in Italia inſtituta, anno 1063. Cui adjunctæ aliæ poſtea Sodalitates. *S. Antonii Viennenſis* Ordo, in Gallia, anno 1090. *Sancti Ruffi* O. item in Gallia, anno 1107. *S. Victoris* C. etiam in Gallia, ann. 1113. *Præmonſtratenſis* O. itidem in Gallia, anno 1120. *Sancti Sepulchri* O. in Italia, anno 1163. *S. Spiritus* O. in Gallia & Italia, anno 1198. *Vallis Scholarium* O. in Gallia, anno 1212. *Windeminenſis* C. in Germania, anno 1187. *Sancti Gregorii de Alga* C. apud Venetos, anno 1404. *Theatinorum* O. in Italia, anno 1524. *Somaſchi*, in Italia, anno 1131. *Barnabitarum* O. qui & *Clerici Sancti Pauli decollati*, in Italia, anno 1533. *Clericorum Minorum* C. in Italia, anno 1588. *Sanctæ Genoveſæ* C. in Gallia, anno 1622.

Monachi.

Auguſtiniani, ſive *Eremitæ Sancti Auguſtini* quorum Ordo inſtauratus eſt circa annum 1215. Eique adjunctæ poſtea plures Familiæ. *Vallis-Scholarium* O. in Gallia, anno 1212. Prædicatorum O. qui & *Dominicani* & Jacobini, in Italia, anno 1215. *Sanctæ Mariæ de Mercede* O. in Hiſpania, anno 1218. *Jeſuatorum* O. in Italia, anno 1374. *Joannis de Deo*, ſive Charitatis, in Hiſpania, anno 1538. *Auguſtinianorum Diſcalceatorum* C. in Hiſpania, anno 1585. *Prædicatorum Reformatorum* C. in Gallia circa annum 1600. His adjici poteſt *SS. Trinitatis* O. ſive *Cervi frigidi*, aut *Maturinenſium*, in Gallia, anno 1197. Tum Calceati, tum Diſcalceati circa annum 1600.

Canonicæ Regulares & Moniales.

Auguſtiniarum Ordo, in Italia *Beghinæ*, in Belgio circa annum 1170. *Sanctæ Catherinæ Senenſis*, ſeu *Dominicanarum* Ordo, anno 1609. *Sanctæ Mariæ Magdalenæ*; ſive *Pœnitentium*, in Gallia, anno 1494. *Annunciationis B. M.* in Gallia, anno 1498. Sanctæ Urſulæ, in Gallia, anno 1611. *Viſitationis B. M.* circa annum 1620.

III. Sub Regula Sancti Benedicti Monachi.

Cluniacenſis Ordo in Gallia, circa annum 910. *Camaldulenſis* Ordo, in Italia, ann. 997. *Vallis-Umbroſæ* Ordo, in Italia, ann. 1060. *Grandimontenſis* Ordo, in Gallia, anno 1076. *Ciſtercienſis* Ordo in Gallia, anno 1098. *Fontis-Ebraldi* Ordo, in Gallia circa annum 1117. *Montis Virginis* O. in Italia, anno 1124. *Sylveſtrinorum* C. in Italia, anno 1231. *Cœleſtinorum* O. in Italia, anno 1273. *Montis Oliveti* C. in Italia circa ann. 1320. *Sanctæ Juſtinæ de Padua*, & *Caſſinenſis* C. in Italia, anno 1408. *Sancti Bernardi* C. in Hiſpania, ann. 1425. *Burſfeldenſis* C. in Germania, ann. 1430. *B. Mariæ Fulienſis* C. in Gallia, ann. 1573. Addentur *Cartuſiani*, mixtis Benedicti, & Auguſtini Inſtitutis utentes, inſtituti anno 1086.

Moniales.

Benedictinæ, *Fontis-Ebraldi*, anno 1117. *S. Bernardi*, *Fulientinæ* in Gallia circa annum 1600. *B. M. de Calvario*, & *Sanctæ Scholaſticæ*, in Gallia, anno 1618.

IV. Sub Regula Sancti Franciſci. Monachi.

Fra-

Digitized by Google

Fratrum Minorum O. qui & *Minoritæ*, & *Cordigeri*, & per antonomaſiam Franciſcani, in Italia, anno 1208, qui primus eſt Ordo Sancti Franciſci. Iidem *Conventuales* dicuntur, & *Obſervantiæ* ex Pontificum diſpenſatione aliquantum mollitæ. *Tertiarum* O. ſive *Tertii Ordinis*, alias Ordo *Pœnitentium*, D. Franciſci, in Italia, anno 1221. *Obſervantinorum* O. *Minorum Reformatorum*, ſive *Strictioris* Obſervantiæ, in Italia, anno 1435.

Moniales.

Sanctæ Claræ, ſive *Clariſſæ Strictiores*, in Italia, anno 1212, qui ſecundus eſt Ordo B. Franciſci. *Urbaniſtæ*, ſive Inſtituti ab Urbano V Pont. mitigati. *Capucinæ*.

Tum & alia Clericorum Inſtituta in Eccleſiam invecta ſunt; qui ſcilicet ſub certis quibusdam regulis communem vitam agunt; at vel nulla vota emittunt, vel duntaxat ſimplicia: qua de re ut a Regularibus diſtinguerentur, eorum Collegia *Congregationes Presbyterorum Sæcularium* dictæ ſunt. Hujuſmodi ſunt *Oratoriani* Romæ inſtituti a Sancto Philippo Nerio Florentino ann. 1577. *Pii Operarii* Ven. P. D. Caroli Caraſa Neapolitani ann. 1634. Patres *Sacræ Familiæ Jeſu Chriſti* Ab. Matthæi Ripæ Neapolitani Sinenſi Apoſtolatu clariſſimi ann. 1732. Vota ſimplicia emittunt *Doctrinarii* Status Pontificii, ac illis Regni Neapolitani adjuncti ſunt, unamque Congregationem conſtituunt. *Patres Miſſionis* S. Vincentii a Paulo an. 1632. *Collegiales Sinenſes*, *Indi*, *aliarumque exterarum nationum* modo indicatæ Congregationis Sacræ Familiæ Jeſu Chriſti. *Patres Congregationis SS. Redemptoris* P. D. Alphonſi de Ligorio Neapolitani, qui ad Epiſcopalem Santagathenſem Cathedram evectus, illam ſumma virtute, mirabili pietate, ac ſingulari providentia adminiſtrat. Demum *Patres Congregationis SS. Sacramenti* P. D. Vincentii Mannarini Calabri.

Plures etiam Equeſtres Ordines a Chriſtianis Principibus, R. Pontificibus adſentientibus, conſtituti ſunt, & quidem vel *Militares*, vel *Hoſpitalarii*. Militares, quippe qui regionum Catholicarum fines a barbararum gentium incurſionibus armis defenderent; Hoſpitalarii, quod hoſpitalitatem ſacra potiſſimum loca viſitantibus, infirmiſque impenderent. Hujuſmodi antiquitus fuere *Æquites S. Sepulchri* ejusdem cuſtodiæ addicti, *Equites S. Lazari Hieroſolymitani* curandis infirmis, præcipue vero leproſis mancipati, qui plura olim hoſpitalia in Regno Siciliæ, Regibus Neapolitanis faventibus, iisdemque ſingulares prærogativas indulgentibus, habuere: at quod Privilegiis Pontificis contra regiam juriſdictionem abuterentur mandato Philippi II ex conſultatione Ducis Alcalenſium ann. 1568, illinc omnino eliminati ſunt: Chioccarellus *Tom. X Archiv. tit.* 3. *Templarii*, ita dicti a Templo Domini, ad peregrinos loca ſancta inviſentes a prædonibus tuendos: porro hi quod divitiis, quibus adfluebant, abuterentur, a Clemente V in Concilio Viennenſi, inſtante Philippo Pulchro Galliarum Rege, extincti ſunt. Equites *Theutonici* in Germania, *Sacri Milites Chriſti* in Luſitania, Equites *S. Stephani* in Hetruria, Equites *SS. Virginis Adnuntiatæ*, & Equites *SS. Mauritii*, *& Lazari* in Sabaudia: tum in Hiſpaniis ſæculo XII Maurorum incurſionibus oppoſiti ſunt 1 Equites *S. Jacobi de Spatha* ann. 1175. 2 *Calatravenſes* ann. 1158, ac 3 *Alcantarenſes* 1176. Horum trium Equeſtrium Ordinum Sæculo XV exeunte Reges Catholici adminiſtrationem, ac magnum Magiſterium Bullis R. Pontificum, ac præcipue Innocentii VIII, nacti ſunt. Demum in Regno Valentiæ ſæculo XIV, Ordo Monteſiæ inſtitutus eſt, ac in locum extincti *Templariorum* ordinis. P. Florenſius in Clavi Hiſtor. Regni Hiſpaniæ Sæc. IX, XII, & XIV. Videſis Philippum Bonannum.

Digitized by Google

Porro inter reliquos ſemper emicuere Equites Rhodii, ſive Melitenſes, æque Hoſpitalarii, ac Militares, quum & in Noſocomio S. Joannis Baptiſtæ mirabili liberalitate, & caritate infirmis miniſtrent, & ſimul peregrinos mari iter agentes adverſus Turcarum impetus, armis propugnent. Ipſis Rhodio ejectis Melitenſem Inſulam elargitus eſt Carolus V Imperator ann. 1530. Unde Rhodii, & Melitenſes dicti.

Q U.

Digitized by Google

Q U. IX.

Quæ Cauſa tam multiplices Religioſorum virorum Ordines pariendi?

§. I. EA eſt rerum humanarum conditio, ut temporis diuturnitatem non ferant, ſed ſua vetuſtate conſeneſcant, ac conficiantur. Huic fato, quod capit humana omnia, etiam Religioſi Ordines obnoxii fuiſſe videntur (*a*). Nam cum primum inſtituti fuerunt, morum innocentia, ac vitæ ſanctitate ſuorum Inſtitutorum votis cumulate reſpon-

de-

(a) La néceſſité de faire des réformes dans les Ordres Religeux, lorſqu' ils ſont déchus de leur premiere ferveur, ne prouve rien contre cet état en général. Les Religeux ne ſe relâchent ordinairement, qu'á proportion, & par l' influence de la corruption des mœurs publiques; il n'eſt pas étonant que les vices qui infectent la ſociété pénetrent inſenſiblement dant les Cloitres. Mais c' eſt juſtement lorſque les mœurs publiques ſont les plus mauvaiſes, qu' il eſt néceſſaire d' avoir des aſyles où puiſſent ſe réfugier ceux qui craignent de ne pouvoir échaper au danger de ſe corrompre.

On ajoute que les *reformes* ſont inutiles, que la foibleſſe humaine, qui rend toujours au relâchement, eſt cauſe qu' elles ne ſont jamais durables, mais elles ſont du moins utiles pendant un temps, & c'eſt autant de gâgné pour la vertu & pour l'édification publique. C'eſt mal raiſoner que de ne vouloir pas faire du bien, parce qu' il ne poura pas ſubſiſter toujours.

Un Moine qui refuſeroit de ſe réformer, lorſque ſon Ordre en a beſoin, ſeroit certainement coupable & digne de châtiment. Vainement il diroit qu' il n'a fait vœu d' obſerver la regle que ſelon l' uſage du Monaſtere dans lequel il a fait ſon noviciat & ſa profeſſion. La regle a dû lui être communiquée, en la liſant il a dû comprendre que tout uſage qui y donne quelque atteinte, eſt un relachement & un abus, a moins qu' il n' ait été permis & approuvé par autorité Eccleſiaſtique, l' abus ne preſcrit jamais contre le regle, & la regle réclame toujours contre l' abus. Si donc un Religeux avoit mis dans ſes vœux une reſtriction contraire á la regle, ce ſeroit un prévaticateur qui ſe ſeroit joué de la ſainteté du ferment, & cette fraude, loin de le juſtifier, le rendroit plus coupable.

Il eſt bon de conſidérer que les reformes les plus ſages ont preſque toujours été faites par un ſeul homme zélé & courageux; preuve que la vertu conſerve toujours de l' empire ſur les eſprits & ſur les cœurs, lorſqu'elle eſt ſolide & conſtante. Il n' eſt donc aucun déſordre auquel on ne puiſſe remedier, quand on veut s' en donner la peine. Mais dans notre ſiecle philoſophe, on juge qu' il eſt mieux

F 2 de

derunt, at temporum curſu ab incepto curriculo ita deflectere viſi (*b*) ſunt, ut neceſſe fuerit, vel eos ipſos ad priſtinam morum ſeveritatem revocari, vel alios novos Ordines excitari, qui avitam diſciplinam labantem exciperent, ſuis humeris ſuſtinerent, nec ullo eam tempore corruere ſinerent.

§. II. Scilicet in Religioſis Ordinibus aut fundandis, aut redintegrandis illud ſemper ſpectavit Eccleſia, ut eminentes Apoſtolorum virtutes in Chriſtiana Republica ſemper viverent, ſemper florerent, nunquam deficerent, nunquam interirent, utque viva, atque expreſſa illarum effigies in aliquo ſaltem Chriſtianorum Ordine ſemper fulgeret, atque eluceſceret. Hoc imbibit Eccleſia, hæc illius mens, hoc conſilium, ac propoſitum, & niſi me omnia fallunt, huic conceptæ ſpei reſpondit eventus.

§. III. Neque vero illud tibi facile dederim, Eccleſiam primis temporibus nonniſi iis Chriſtianis affluxiſſe, qui ſplendido virtutum comitatu circumſepti erant, noſtris vero temporibus eam iis alumnis eſſe oneratam, qui in omni vitiorum genere volutantur. Hoc ita videri poteſt iis, qui ab tota antiquitate ea tantum expiſcati ſunt, quæ recte facta, ac præclare geſta fuerunt, eaque contulerunt cum iis, quæ a noſtris modo hominibus impie ac nefarie geruntur. At hi ipſi contrariam ſententiam ferrent, ſi in noſtris hiſce Sæculis ea tantum venati eſſent, venarenturque, quæ pie, quæ ſancte, quæ religioſe acta ſunt, aguntur que, eaque comparare vellent cum ſcelerum, vitiorumque colluvione, ac ſordibus, quibus magna priſcorum Chriſtianorum pars ſeſe obleverunt. Ego enim ſic mihi perſuaſi, ſic ſentio. Si hinc ea vitia, ac ſcelera ponan-

de détruire que de reformer. C'eſt que pour détruire il ne faut ni lumiere, ni ſageſſe, ni vertu, il ſuffit d'être dur & opiniâtre, l'homme le plus borné, lorſqu'il eſt armé de la force peut tout aneantir pour montrer ſon pouvoir; pour réformer, il faut de la prudence, de la patience, le talent de la perſuaſion, un courage á l'épreuve, &c. & ces vertus ne ſont pas communes.

(b) Vincentius Contenſonius Tom. I Theolog. Ment, & Cord. p. 441. Deploranda eſt quorundam laxatiſſimæ diſciplinæ Regularium conditio, apud quos nunquam proponitur Regula, ſub cujus nomine militant in Eccleſia Dei. Vidi quoſdam Canonicos Regulares conteſtantes, ſe nunquam audiviſſe Regulam Divi Auguſtini, ad eamque obſervandam minime ſe teneri effutientes: & cum quæſiviſſem ab eis, quid toto probationis anno profeciſſent, ingenue reſponderunt, ſe ſimplicibus modis Gregoriani cantus artem didiciſſe, & ſæpius diſſonantes flagris a Magiſtro ſeveriſſime exceptos fuiſſe; Regulam vero Divi Auguſtini non magis audiviſſe, quam ſi non extaret in Orbe Terrarum: Vah indignitatem! Ubi pudor mentis? ubi rubor frontis? Siccine irridetur Deus, & illuditur Eccleſia? Væ Abbatibus & Prioribus oſcitantibus, & diſſimulantibus! Væ Magiſtris ſic Novitios educantibus! Væ ſic Profeſſis judicandis non ſecundum adeo rationi adverſam conſuetudinem, ſed ſecundum Vota, quæ diſtinxerunt labia ſua, quæve reddiderunt coram omni populo Dei! Et alio loco, ſeu pag. 191 ejuſdem Primi Tomi Theologiæ Mentis, & cordis ex-

nantur, quibus veteres Chriſtiani contaminati fuerunt, illinc ea, quibus noſtri homines ſunt coinquinati, non eſt, cur noſtrorum temporum vicem tantopere doleamus, nec cur heroicis illis, ut ajunt, temporibus tam valde invideamus.

§. IV. Juverit hic nonnulla eorum attingere, quæ nefarie, impie, crudeliter, libidinoſe patrata ſunt ab iis Chriſtianis, qui prioribus ſæculis vixerunt, eorumque voces comprimere, qui antiquos mores nonniſi ſanctiſſimos, atque innocentiſſimos, præſentes vero nonniſi perditiſſimos, atque corruptiſſimos crepare nunquam conceſſant. Ordiamur a Sæculo primo; eaque tantum commemoremus, quorum meminit D. Paulus I ad Corinth. V. *Omnino, auditur inter vos fornicatio, qualis nec inter gentes, ita ut uxorem Patris ſui aliquis habeat*. Et in II ad Corinth. XII, 20, 21. *Timeo, ne contentiones, æmulationes, animoſitates, diſſenſiones, detractiones, ſuſurrationes, inflationes, ſeditiones ſint inter vos, & lugeam multos ex iis, qui ante peccaverunt, & non egerunt pœnitentiam ſuper immunditia, & fornicatione, & impudicitia, quam geſſerunt*. Et ad Galatas III, IV. *O inſenſati Galatæ, quis vos faſcinavit non obedire veritati, ante quorum oculos Jeſus Chriſtus præſcriptus eſt, in vobis crucifixus? Sic ſtulti eſtis, ut cum ſpiritu cœperitis, nunc carne conſumemini . . . Iis, qui natura non ſunt Dii, ſerviebatis. Nunc autem cum cognoveritis Deum . . . quomodo convertimini iterum ad infirma, & egena elementa, quibus denuo ſervire vultis?* Et ad Epheſinos V. *Nolite communicare operibus tenebrarum. Quæ enim in occulto ſiunt ab ipſis turpe eſt dicere*. Et ad Philippenſes II, III. *Omnes enim quærunt, quæ ſua ſunt, non quæ Jeſu Chriſti . . . . Multi enim ambulant, quos ſæpe dicebam vobis, nunc autem & flens dico, inimicos Crucis Chriſti, quorum finis interitus, Deus autem venter eſt*. Hæc (ut alia multa prætercam) vitia, ac ſcelera exprobrabat Apoſtolus ſuis ipſis diſcipulis, iis nimirum, qui divinam Chriſti fidem atque doctrinam plurimis teſtatam miraculis ab ipſo Apoſtolorum ore ebiberant, exuxerantque, quæ ſane longe majora ſunt iis, quæ noſtris modo hominibus objici poſſunt. Nec Sæculum II malis caruit Chriſtianis. Nam ſi unos Gnoſticos (c), Adami-

axclamat hic pius, doctus & elegans Scriptor. Sed quid de Religioſis dicam ego ſtatu Religioſus, charactere Sacerdos, licet immeritus? Cum videamus tam multa Monaſteria a primitiva Obſetvantia collapſa multiplicatis quidem Regularis vitæ Profeſſoribus, ſed non multiplicata lætitia. Libenter & vete cum Bernardo in Apolog. ad Guillelmum Abbatem ſcripſerim: Quis in principio, cum Ordo Cœpit Monaſticus, ad tantam crederet Monachos inertiam devenire? O quantum diſtamus ab iis, qui in diebus Antonii extiterunt Monachi! Sic Macharius vixit? Sic Baſilius docuit? ſic Antonius inſtituit? Sic Patres in Ægypto converſati ſunt?

(c) Gnoſtici dicti ſunt ἀπὸ τῆς γνώσεως, ſeu a cognitione & ſcientia, quam ejuſmodi Hæretici præ ceteris ſibi arogabant. Hos Hæreticos Sanctus Paulus I ad Timotheum cap. 6, v. 20. luculenter indigi-

mitas (*d*), Cainitas (*e*), Sethianos (*Vid. pag.* 47) (*f*), Cerdonianos (*g*),

gitar, dum eum monet, ut devitet prophanas vocum *novitates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ* (*græce* γνώσεως) *quam quidam promittentes circa fidem exciderunt*. In hac ſabularum, & Genealogiarum ſcientia, quam hac in Epiſtola merito carpit Apoſtolus, toti verſabantur, Gnoſtici. Quippe qui *Æonum*, ſeu Deorum Syzigias, ſeu conjugariones, in deitate fingebant, quorum alii aliorum ſoboles eſſent, quorumque poſtremus Mundi iſtius aſpectabilis opifex eſſet. Hinc dicebant, Conditorem hujus Mundi non eſſe Deum, ſed nomen Dei ſibi arrogaſſe, eumque Judæis dediſſe legem, & Prophetis adſpiraſſe, Patrem vero, ut ejus imperium everteret, miſiſſe Jeſum Salvatorem Chriſtum, qui Teſtamentum aliud cum electis ſanciret. Negabant iidem Hæretici, Chriſtum veram carnem accepiſſe, & de Maria natum, ſed per Mariam duntaxat oſtenſum garriebant. Carnis reſurrectionem inficiabantur, Libros pene innumeros ſub mentitis nominibus obtrudebant, videlicet Evangelia Evæ, Salomes, Petri, Jacobi, ſecundum Hebræos, ſecundum Ægyptios, conciones Petri, & Pauli; libros item de Infantia Salvatoris, Noreæ uxoris Noemi, Prophetias Pachor, ſeu Barcoph, Cham, Zoroaſtris, Hydaſpis, Oſtranis, Orphæi, & aliorum, de quibus Porphyrius queritur in vita Plotini. Jam vero infinitus eſſem, ſi Gnoſticorum ſpurcitias, propter quas primi Chriſtiani apud Gentiles male audiebant, uti referunt Irenæus lib. 1, cap. 24, Euſebius lib. 4 Hiſtor. Eccleſ. cap. 7, & S. Epiphanius Hæreſi 27, hic enarrare vellem. Breviter dicam, ejuſmodi Hæreticos, nomine quidem Chriſtianos fuiſſe, ſed re turpiſſimos dæmonis fautores. Obſcœnis ſiquidem voluptatibus dediti nulla libidinum monſtra illicita eſſe putabant. Promiſcuum mulierum uſum, & libidinum furias in ſexus, & in corpora permittebant, eoque impietatis devenit ſacrilega eorum temeritas, ut infantulum recens natum minutatim in mortario contunderent, pipere, melle, & aromatibus condirent, eoque, proh ſcelus! in modum cibi Euchariſtici veſcerentur. Hinc, ut optime obſervat S. Auguſtinus in lib. de Hæreſibus ad *Quod vult Deum*, varia inter nomina, quibus Gnoſtici per diverſas terrarum partes aliter atque aliter appellabantur, nonnulli eos *Borbonitas* vocabant, quaſi *Cœnoſos*, ob nimiam turpitudinem, quam in ſuis myſteriis exercebant.

(d) *Adamitæ* dicti ſunt illi Hæretici, qui in ſuis conventiculis omni plane pudore depoſito, ſacrilegos ſuos ritus nudi obibant; promiſcuo concubitu, & uxorum communione, belluarum inſtar, inverecunde utebantur; nuptias averſabantur, continentiam damnabant; & tamen, ſi ſuperis placet, Eccleſiam ſuam tam impuris myſteriis deformem *Paradiſi* nomine exornabant, quia in ea nudi viri, ac feminæ proſtabant, ſicque primam Adami in horto voluptatis conditionem turpiter repræſentabant. Inde eſt quod ſuæ Sectæ homines, quos punire volebant, ex ſua Eccleſia extruderent, tamquam Adamum e Paradiſo.

(e) *Cajanitæ*, dicti ſunt illi Hæretici, qui Cainum primogenitum Adami filium, miſerumque Abelis fratricidam ſingulari veneratione colebant. Diſtinguebant ſiquidem illi Hæretici duplicem virtutem, ſuperiorem unam, quam *Sophiam*, ſeu ſapientiam appellabant, & inferiorem alteram, a qua Mundum conditum eſſe affirmabant. Qua poſita diſtinctione dicebant, Abelem fratrem Caini ab inferiori & imbecilliori virtute prodiiſſe; Cainum vero, Eſau, Chore, Datan, Abyron, & Sodomitas, ad ſuperiorem virtutem pertinere putabant, eoſque laudibus efferebant, quod legem perfracte violando fabricatori Orbis adverſos ſeſe præbuiſſent. Unde opera Creatoris deſtruere, ejuſque legem violare maximo & perfectionis, & gloriæ loco ducebant. Inſuper Baptiſmi ad conſequendam ſalutem neceſſitatem, & Carnis Reſur-

ſur-

Digitized by Google

(g), Marcionitas, Valentinianos (h), nominaremus, quorum teterrimi errores, atque flagitia alterum Chriſtiani nominis ævum turparunt, eos nominaremus, qui multo ſceleſtiores fuerunt hiſce, qui hanc noſtram modo dedecorant ætatem. Quid eas labes perſequar, atque obſcœnitates, quibus Chriſtianorum mores tertio labente Sæculo fœdati erant. Unum Cyprianum audiamus, ex eoque cognoſcamus, quanta jam malorum ſeges, quantaque corruptelarum alluvies in Eccleſiam Carthaginenſem, quæ

ſurrectionem negabant. Judam Chriſti proditorem adorabant, quod dictitarent, eum, prodendo Jeſum Chriſtum, in cauſa fuiſſe, ut virtutes Mundi, quæ ſaluti hominum obſiſtebant, vincerentur; ſicque ſaluti noſtræ conſuluiſſe. Denique, iſti Hæretici in omnem libidinem effuſi propudioſam, & neſandis ſceleribus conſpurcatam vitam ducebant.

(f) *Sethiani* Hæretici ita cognominati ſunt, quod *Sethum* Adami filium exiſtimarent eſſe Chriſtum. Duo ſiquidem admittebant hominum genera, quorum unum haberet parentem *Cainum*, alterum a *Setho* duceret originem. Teſtatur S. Epiphanius, ejuſmodi Sectas Cajanitarum, Ophitarum, & Sethianorum fuiſſe ipſius ætate ferme extinctas; aliquos tamen Hæreticos Sethianos, ſe in Ægypto reperiſſe ait.

(g) *Cerdonianorum* Hæreſis ortum habuit a *Cerdone* Saturnini diſcipulo, qui e Syria Romam venit ſub *Hygino* Romano Pontifice, ubi ſuam Hæreſim, quam tamen ſæpius ejuraverat, Marcioni afflavit. Hic autem *Marcion*, a quo Marcionitarum Hæreſis prodiit, patria fuit Ponticus, & filius Catholici juxta, ac pii Epiſcopi, a quo, ut ſcribit S. Epiphanius, ob inceſtum Eccleſia pulſus, & Populorum ſuorum opprobria, ac ludibria non ſuſtinens, clam ab oppido ſeceſſit, & Romam poſt Hygini Papæ obitum ſeſe contulit. *Eo ſtatim atque pervenit Marcion*, inquit S. Epiphanius, *ad ſeniores adiens, qui ab Apoſtolorum diſcipulis edocti ſupererant, ut in communionem admitteretur, fruſtra ab eis petiit. Quamobrem extimulatus invidia, quod principem illic locum, ac ne Eccleſiæ quidem aditum impetraſſet, ad impoſtoris Cerdonis Hæreſim confugere in animum induxit.* S. Polycarpus Smyrnenſis Epiſcopus, qui tunc Romæ aderat, obvium Marcionem habuit, cumque iſte Hæreſiarcha perfrictæ frontis audacia ab illo fuiſſet ſciſcitatus, utrum illum cognoſceret? ei extempore reſpondit ſanctus ille Epiſcopus: *Novi te ut Primogenitum Satanæ.*

(h) Nulla profecto Hæreſis fuit figmentis feracior, quam Valentiniana; ita dicta a quodam *Valentino* Ægyptio Hæreſiarcha, viro quidem ingenioſo, & eloquente, ſed vanæ gloriæ cupidiſſimo. Ait enim Tertullianus lib. contra Valentinianos cap. 4, eum a fide deſciviſſe quod alter ei Epiſcopatu prælatus fuiſſet prærogativa martyrii. Romam venit hic Hæreſiarcha ſub Hygino Papa, ut inquit S. Irenæus lib. 3, cap. IV. *Increvit ſub Pio, & prorogavit uſque ad Anicetum.* Porro cum Valentinus eſſet Philoſophus Platonicus, multa in Hæreſim ſuam ex impuris Gnoſticorum lacunis, ex Platone, immo ex Poetarum Græcorum, Heſiodi præſertim fabulis convexit, unde monſtrum conflavit, quod nec Chriſtianum, nec hominem ſapit. Verum enim vero, Valentinus mentem habens paſtam Chymeris, finxit in primis triginta Eones, ſeu Deos, qui Divinitatis πλήρωμα, ſeu totam plenitudinem conſtituebant. Secundo, Principem, id eſt primum triginta illorum Æonum vocabat ἄβυσσον, ſeu Abiſſum, vel Profundum, cui unam veluti conjugem adjungebat, quam *Sigen*, ideſt *Silentium*, vel alio nomine ἔννοιαν, ſeu perceptionem appellitabat. Tertio ajebat, quod ex duobus primis illi Æonibus, ſeu ex profundo, & ex Silentio ejus conjuge, producti ſunt duo alii Æones, videlicet *Nus* ſeu,

Digitized by Google

quæ inter florentiores illius temporis habebatur, jam tum exundavit. *Doleo, quando audio quoſdam improbe, & inſolenter diſcurrere, & ad ineptias, vel ad diſcordias vacare: Chriſti membra, & jam Chriſtum confeſſa per concubitus illicitos coinquinari, nec a Presbyteris, aut a Diaconis regi poſſe.* Ep. V. ad Carthagin. *Cum quanto nominis veſtri pudore delinquetur, quando aliquis temulentus, & laxiviens demoratur, alius inflari, aliquos & tumere ... Cognovimus non deeſſe, qui Dei Templa poſt confeſſionem ſanctificata, & illuſtrata membra, turpi & infami concubitu ſuo plus maculent... illorum ſcandala, in aliorum ruinas exempla naſcuntur.* Ep. VI ad Carthagin. Nimius eſſem, & nullum dicendi finem facerem, ſi ea omnia mala, quibus perculſa fuit, atque afflicta Religio Sæculo quarto, vellem oratione complecti. Mitto igitur Clericorum, & Syniſactarum (*i*) contubernia adeo illis tempo-

ſeu, *Intellectus*, & *Alethia*, ideſt, *Veritas*, quam dicebat eſſe ſororem *Nus*. Hæc eſt prima Æonum quaternitas. Quarto docebat, quod ille *Nus* eſſet unigenitus filius primi Æonis, iſque ſolus, excluſis aliis Æonibus, poſſet cognoſcere primum Æonem, ſeu *Profundum*, a quo fuerat ipſe productus. Quinto ex *Nus* & *Alethia*, hoc eſt, ex *Intellectu*, & ex *Veritate*, duos alios Æones profluxiſſe dicebat, videlicet *Verbum*, & *Vitam*, & ex *Verbo* & *Vita* duos alios prodiiſſe Æones, nimirum Hominem, & Eccleſiam. Hæc eſt altera Æonum quaternitas, quæ alteri ſuperiori quaternitati juncta efficit Ogdoadem Valentinianam, ſeu numerum octo Deorum, quibus alios viginti duos Æones, adjungebat, ut tota Divinitatis plenitudo triginta Æonum, ſeu Deorum, numero completa, & integra ſubſiſteret. Hinc Valentinus ex *Verbo*, & Vita Decadem Æonum ortam eſſe comminiſcebatur, ex Homine autem, & ex Eccleſia duodecim alios Æones progenitos fuiſſe ajebat & ex his triginta Æonibus, Pleroma, ſeu plenitudinem divinitatis conflatam eſſe fabulabatur. Quocirca merito Tertullianus huic Hæreſiarchæ exprobrat, quod *uſque ad triginta Æonum fætus examen divinitatis effudit*. Sexto, Carnis Reſurrectionem negabat Valentinus, triaque hominum genera conſtituebat; *Terrenum*, *Animale*, & *Spirituale*. Terrenum ad *Cajnum*, Animale ad *Abelem*, Spirituale ad *Sethum* revocabat, velut ad tres generis humani fontes. *Terrenos* homines, ſive bene, ſive male operarentur, corruptione omnino diſſolvi cenſebat. *Animales*, ſi bene vixerint, in mediocri Regione conquieſcere, ſi vero deteriora elegerint, penitus perire, atque igne extingui putabat. *Spirituales* vero homines natura ſua bonos eſſe affirmabat, nec eos perire poſſe, ſed Salvatoris Angelis matrimonio fore collocandos. Mundi, & Diaboli productionem tribuebat *Demijurgo* quem ex *Enthymeſi*, hebraice *Acemooth*, & ex ſubſtantia animata ortum eſſe ſtulte opinabatur. Octavo, duplicem Jeſum cum Nicolaitis, & Cerintho poſuit, ejuſque Corpus per Mariam velut per canalem, vel fiſtulam tranſiiſſe pronuntiabat. Sed hæc, & alia id genus Valentini, ejuſque Sectatorum figmenta indicaſſe ſufficiat, quia ſatius eſt ea delirantium Hæreticorum ſomnia ignorare aut ſilentio prætermittere, quam illa jam Natalitiis ſuis tenebris damnata in apertam producere lucem.

(*i*) Ludovicus Antonius Muratorius Ep. ad Bernard. de Monfaucon *Συνεισάκτυς* *Syniſactos* ſive, ut ita dicam *Controductos* & Controductas feminas græci appellare conſueverunt, ut etiam *Agapetos*, & *Agapetas*, quod ſe puro amore diligere dictitarent. *Agapetus* propterea in Papiæ Lexico dicitur *Lenocinator*, & *qui cum feminis illicite converſatur procacius Clericus*. Tam arctam vero familiaritatem ſpecioſis tegere nominibus, vel *Cypriani* Ævo nullamque impudicitiam ex ipſis ample-

Digitized by Google

poſibus uſitata, ut jam in morem tranſierint. Mitto quanta per illos annos temeritate, & audacia ruerent belluæ illæ, ac furiæ immaniſſimæ Manichæi, Donatiſtæ, Meletiani, Appollinariſtæ, Priſcillianiſtæ, ſuiſque ſceleribus omnia complerent. At nequeo, quin ea refricem vulnera, quæ rei Chriſtianæ impoſita fuerunt ab Arianis, qui virus ſuum tam longe lateque diffuderant, tamque multis afflaverant, ut jam totus mundus ad Arianos

---

(a) *Moshem. H. E. Sæcul.* XVI, Sect. III, P. I, Cap. I, §. 16. Extiterunt, qui antiquarum regularum auſteritatem pœne extinctam renovare, alii, qui nova plane Sodalitia bono Eccleſiæ publico inſtituere aggreſſi ſunt. *Mattheus de Baſchi*, Italus, bonus vir, at ſimplex, ex illo Franciſcanorum ſodalitio, quod ſibi cæteris religioſius magiſtri ſui præceptis obedire videtur, *Fratres de Obſervantia* vulgo nominant, divinitus ſeſe inſtinctum credebat ad prima, & vera inſtituta S. FRANCISCI integritati ſuæ reſtituenda. Cujus conſilium quum A. MDXXIV CLEMENS VII approbaſſet, CAPUCCINORUM familia, Franciſcanis cæteris vehementer indignantibus, orta eſt; magna ſpecie gravitatis, modeſtiæ, & rerum humanarum deſpicientiæ nitens. Nomen illa habet a *caputio*, capitis tegumento togæ Franciſcanæ aſſuto, quod ipſum S. FRANCISCUM geſtaſſe ferunt. Ejuſdem Ordinis Franciſcani ſoboles illi ſunt, qui in Gallia *Recollecti*, in Italia *Reformati*, in Hiſpania *Diſcalceati* nominantur, & *Clementis VII* auctoritate pariter A. MDXXXII, collegii ſingularis, & a reliquis diſtincti jura acceperunt. Differunt in eo a cæteris Franciſcanis, quod communis præceptoris leges fidelius, & accuratius vivendo referre ſtudent. *Vid. Luc. Waddingi Annales Ordinis Minorum Tom. XVI, pag.* 207, 257, *S. ed. Romanæ. Hipp. Helyot Hiſtoire des Ordres Monaſtiques Tom VII, cap. XXIV, p.* 264.

(b) Helyot Hiſtoire des Ordres Tom. IV, Cap. XII, pag. 71. Cet Ordre, (que les Barnabites, les Jéſuites, les Somaſques & d'autres du Clergè Regulier ſuivirent depuis) fut inſtitué ſelon l'atteſtation de la *Rota* de Rome *in relatione pro continuatione Beati Cajetani*, pour ſoutenir la foi Catolique, & pour confondre les Heretiques deſquels il en decouvrit, & perſecuta en tout tems un grand nombre. C'eſt pourquoi Hadrien *Hiſtoire de ſes Tems liv. V, pag.* 890, & d'autres Ecrivains de ce Siécle là l'appellent tres-grand perſecuteur de l'Hereſie, particuliérément de celle de Luther, & de ſes Sectateurs qui étoit alors naiſſante. Les invectives de ces Herétiques contre la vie mal morigerée des Clercs, & la Providence Divine, qu'ils combattoient, donnerent occaſion à ces ſaints hommes d'entreprendre la reforme du Clergé. Ils fonderent leur Inſtitut, non ſeulement ſans rentes, ni biens, comme firent les autres Mendians, mais de plus d'une pauvreté qui ne peut pas être plus extreme, c'eſt à dire de ne rien demander, & de vivre ſeulement d'aumônes voluntaires avec une en-

Digitized by Google

contemplatione otium ſuum conſumunt; iis vero otioſis (c), qui umbris, languore, deſidia animum ſuum infecerunt, quorum otii fructus non animi contentio, non futuræ vitæ meditatio, non ſacrarum literarum com-

entiere dependance du Seigneur, qui pluſieurs fois a fourni a leur beſoin juſques par la voie des miracles .... Ces Religeux ſont cheris de toutes les villes, ou ils demeurent, autant pour leur coſtante application au ſalut des Ames, & a la promotion des Hôpitaux, Conſervatoires, Monaſteres, Banes pour les pauvres, & d'autres œuvres d'une pieté utile, que pour avoir été toujours les primiers a donner des marques de leurs zele dans les affaires qui étoient generalement preſſantes, ce qu'ils ont fait voir dans les revoltes de Meſſine, de Palerme, & de Naples, & dans la contagion qui a infeſtè plus d'une fois l'Italie, ayant été les plus aſſidus au ſervice des peſtiferez, comme l'ont declarè Monſieur Tiepolo Patriarche de Venise dans ſon *Traitè de la colere de Dieu*, & S. Charles Archeveque de Milan.

Comme ils ſe ſont gagné l'amour de tout le Monde, un grand nombre d'Ecrivains les celebrent avec des Eloges magnifiques. L'illuſtre Pere Oliva General des Jeſuites dans ſes ſermons imprimez à Rome, ſerm. 44. a compare certe Congregation à la ſage Judith, dont il n'y a eu perſonne, qui oſat d'en dire du mal, d'autant plus que depuis ſon Inſtitution elle ne s'eſt jamais fouillié avec aucun Heretique, & ennemi declaré de la foi Catholique. Concluons le rapport de ces dignes Religieux avec la louange que leur donna le Saint Pontiſe Clement XI, dans le Conſiſtoire du 19 Mai 1712, à l'occaſion de deſtiner S. Andre Avellin au culte public, ayant nomme leur Congregation avec le titre de *Noble*, *Savante*, *& Sainte*.

(c) *Lettres ſur l'Hiſtor. de la terre, & de l'homme* Tom. IV, pag. 78. Dans cette claſſe d'hommes, il y en a, ſans doute, que l'on peut regarder comme des pareſſeux, & que l'on nomme ordinairement *fainéans*, pour exciter contr'eux la haine publique. Mais que de fainéans pareils ne renferme pas le monde? Fainéans dorés, armés, portant les couleurs de celui-ci ou de celui-là; ou des haillons, ou le piſtolet, pour le préſenter à la gorge des paſſans. Il y a des pareſſeux parmi les hommes, il faut y pourvoir de quelque maniere, e celle la est une des plus douces. Ce n'eſt point encourager la pareſſe, c'est l'empêcher d'être nuiſible au monde, & il me ſemble que l'on n'y penſe pas aſſez, non plus, qu'á ceux, que l'état de la ſocieté rend oiſifs.

D'ailleurs c'est une erreur de croire que dans les maiſons des Religeux *mendians* perſone ne travaille que les Freres laïcs, & les domeſtiques. Une communauté ne peut ſubſiſter ſans un travail intérieur, & des occupations continueles, & les convens dont nous parlons ne ſont pas aſſex riches pous payer des mercenaires. Ils ont ordinairement une vaste enclos, dont la culture eſt tres-ſoignée, & il n'eſt point de Religieux robuſte, qui n'y travaille de temps en temps, qui ne s'occupe de quelque travail manuel, & des ſoins domeſtiques, c'eſt un des préceptes de leur Régle.

Lorſqu'on aura trouvé le moyen de rendre utiles tant d'honêtes fainéans, qui vivent dans le monde, & qui l'infeſtent par leurs vices, lorſqu'on aura ſupprimé tant de profeſſions dont la ſubſtance n'eſt fondée que ſur la corruption des mœurs, lorſqu'on aura perſuadé aux nobles que le travail n'eſt point un apanage de la roture, ni un reſte d'eſclavage, qu'il ne dégrade point la nobleſſe, & qu'il y a plus d'honeur á travailler qu'á mendier, il ſera permis de penſer á la ſuppreſſion des Ordres *mendians*. Mais tant que l'on

commentatio, ſed commeſſationes, alea, ebrietates, veniam tribuit? Quid vero eſt, quod tantopere graveris aut vini congium, aut panis caniſtrum erogare in tenuem illorum victum, qui ſeſe bonis omnibus abdicantes tuum patrimonium ſua hæreditate auxerunt?

QU.

l'on verra des armées de nobles fainéans aſſiéger les cours, & les palais des Grands, y exercer une mendicité plus honteuſe que celle des Moines, puiſqu'elle vient ordinairement d'une mauvaiſe conduite, & d'un faſte inſenſé, il ſera difficile de prouver que la mendicitè religieuſe eſt un opprobre.

Ceux qui menent, une vie oiſive dans le cloitre, ne ſeroient pas plus laborieux s'ils etoient au milieu de la ſocieté; ils y augmenteroiént la corruption de laquelle l'état religieux les met a couvert, du moins juſqu'à un certain point.

Il ne faut cependant pas oublier que S. Auguſtin, dans ſon livre *de opere Monachorum* prend la dèfenſe des Moines qui vivoient du travail de leurs mains, contre ceux qui pretendoient qu'il étoit mieux de vivre des oblations ou des aumônes des fidèles.

QU. XII.

Elucet ne modo ea in victu temperantia, quæ in primitivis Fidelibus eluxit?

§. I. QUam parce, continenter, ſobrieque viverent primorum temporum Fideles, ſi nulla ex alia re cognitum tibi eſt, ſcire id potes ex Minutio Felice in Octav. pag. 708, edit. 1672. *Nos convivia*, inquit, *non tantum pudica colimus, ſed & ſobria. Nec enim indulgemus epulis, aut convivium mero ducimus, ſed & gravitate hilaritatem temperamus*. Tertullianus autem ad Pſych. c. 9, nos admonet, Chriſtianos complures priſcis illis temporibus uno herbarum paſtu ſibi victum propagaſſe, eaque omnia, quæ ſalivam movere poſſent, ſibi penitus interdixiſſe. Non deerant, qui jejunia tam longa fatigabant, ut macie jam extabeſcerent. De hiſce loquebatur Auctor Philopatridis, cum inquit, ſe in Chriſtianorum conventum fuiſſe intromiſſum, atque ibi vidiſſe vultus in terram pronos, pallentiaque ora ἐπὶ κεκυφότας, καὶ κατωχριῶντας. Tom. III Opp. pag. 612, n. 23.

§. II. Qui hujuſce temperantiæ virtutem in noſtris Chriſtianis modo requirit, eam in Religioſis domibus facile inveniet, ac præſertim in Ciſtercienſium familiis. *Quæ, & quanta fuerit* (inquit Mabillon. in Præf. Opp. S. Bernardi) *Ciſtercienſium ſub Bernardo diſtrictio, ac rigiditas, non eſt neceſſe hoc loco exponere, quando id ſatis ſuperque patet tum ex Bernardi Scriptis, tum ex ipſius vita, maxime ex Lib. I, Cap. V, ubi primi Claravallis incolæ Deo ſervire memorantur in paupertate ſpiritus, in fame, & ſiti, in frigore, & nuditate, in vigiliis multis. Pulmentaria ſæpius ex foliis fagi conficiebantur, panis ex hordeo, & millio erat. Ita Guillelmus teſtis oculatus. Tanta in cibo erat parſimonia, inquit Stephanus Tornacenſis, ut duobus tantum pulmentis utantur, quæ aut ager ex leguminibus, aut ex oleribus hortus affert. Ipſi piſce tanto rarius utuntur, quanto frequentius apud eo audiri ſolet, quam videri. Eamdem vitæ ſeveritatem nos Galli etiam nunc refloreſcere conſpicimus in piiſſimis Monachis B. Mariæ* (a) *de Trappa aliiſque nonnullis eorum imitatoribus* (b)

(a) *Graveſon. ad Sæc. XVII*, *pag.* 238. Veteres Ciſtercienſis Ordinis uſus ſunt illi, quos *S. Benedictus* in ſua Regula præſcripſit, & quos *S. Bernardus* Monachis Ciſtercienſibus adamuſſim obſervandos propoſuit. Hos itaque Veteres Ciſtercienſis Or-

Ordinis Uſus Abbas *Rutillierius Ranceus* in integrum reſtituit in Monaſterio Trappenſi, quod in Galliis poſitum eſt in ima Diœceſis Sagienſis valle ſolitaria, quam denſus, & vaſtus ſaltus tegit, & varias in partes plura immania ſtagna dividunt. Eoſdem veteres Ciſtercienſis Ordinis Uſus, quos in Monaſterio Trappenſi revocavit jam laudatus Abbas, Monachi ſtrictioris obſervantiæ Ordinis Ciſtercienſis, qui rigidiſſimum illius Abbatis vivendi genus amplexi, ejus veſtigia ſectantur, tanto cum fervore etiam num ad minimos uſque apices retinent, ac obſervant, ut de hoc religioſiſſimo Abbate *Rutillierio Ranceo* jam e vivis ſublato, ſed in filiis ſuis redivivo, vere id dici poſſit, quod *S. Ambroſius* ait de *Theodoſio Magno* Imperatore in Oratione de illius obitu, ubi hæc habet: *Ergo tantus Imperator receſſit a nobis; ſed non totus receſſit; reliquit enim nobis liberos, in quibus eum debemus agnoſcere, & in quibus eum & cernimus, & tenemus.* Et ſane, ſiquis Monachorum Ciſtercienſium ſtrictioris Obſervantiæ Diſciplinæ, qui Abbatem *Rutillierium Ranceum* Patrem, ac Ducem Monaſticæ Diſciplinæ tam in Gallia, quam in Italia ſe habere gloriantur, vitam, moreſque inſpiciat, ſi ſubodoretur ſuaviſſimum odorem virtutum omnium, quibus inculta horridaque eremus, quam incolunt, ſuffunditur, ultro fatebitur, in his Monachis, velut in ſuis genuinis filiis reviviſcere *Rutillierium Ranceum*, vivamque illius Abbatis omni laude ſuperioris, imaginem in eorum vultu, ore, habitu, totiuſque vitæ ratione adhuc expreſſam mirum in modum relucere. At enim, ut pauca, ne longior ſim, de illius Sanctiſſimi Inſtituti Legibus, & Uſibus attingam, abſtinent illi Monachi, ſeverioris Diſciplinæ Ordinis Ciſtercienſis, vulgo a primo illorum in Galliis Monaſterio dicti *della Trappa*, abſtinent, inquam, ſemper a carnibus, ovibus, & piſcibus, præterquam dum morbo laborant, oleo, & Butyro in Refectorio non utuntur, ſolis herbis, leguminibus, & radicibus lacte aliquando conditis contenti. Juge ſilentium obſervant, nec ullam vocem emittunt, niſi ad Dei noctu diuque celebrandas laudes, vel ad pia exempla aliis præbenda, aut mutuas culpas ſumma charitate in Capitulo coram Abbate emendandas. Calceati incedunt, & Cuculla utuntur alba, circa lumbos coriaceo cingulo præcincta etiam nocte. Super paleas induti dormiunt, depoſito tantum amplo Capucio, huic fere ſimili, quod Monachi Fulienſes ferunt. Cucullam albam dumtaxant exuunt, dum ſingulis diebus per aliquod horarum ſpatium culturæ horti dant operam, niſi dies Feſtus impediat, vel in Culinæ operibus, alioque quovis labore ad eorum vitam ſuſtentandam neceſſario occupentur. Cupiditati mortui, perpetua maceratione carnem affligunt jejuniis, quæ præſertim a Feſto Exaltationis S. Crucis, hoc eſt a die XIV menſis Septembris uſque ad Paſcha, exceptis diebus Dominicis, & die Natali Chriſti Domini, perquam acccurate obſervant. Eorum Templa ſuperfluis plane ſpoliantur ornamentis, nec auro, nec argento fulgent, ſed priſcam redolent paupertatem, & Miniſtrorum pietate, modeſtia, ardentique in Deum charitate potiſſimum ornantur. Exocúlatam obedientiam Abbati ſine mora exhibent, totique ab illius nutu, & imperio pendentes, quocumque ducuntur, ſine contradictione eunt, & quodcumque eiš imponitur onus, abſque ulla reluctatione ferunt. Nuſquam apud eos audiuntur lites, nuſquam contentio, ſed altiſſima regnat pax, ac continuo viget immenſa charitas, jucunda mentis tranquillitas, unitas, concordia, atque a Mundi tumultuum ſtrepitu mira libertas. Propediem morituri in terram in cinere, & cilicio deponuntur, ibique Sacræ Extremæ Unctionis oleo deliburi inſtar victimæ holocauſti ſuper altare poſitæ, conſummato Sacrificio, placide in Domino moriuntur. Hi ſunt Veteres Ordinis Ciſtercienſium Uſus, quos a Religioſiſſimo Abbate *Joanne Armando Buttillierio* in Monaſterio *B. Ma-*

Digitized by Google

(b), *qui vitæ ſuæ puritate, auſteritate, ſolitudinis amore, ſilentio, labore, aliiſque Religionis virtutibus id factu poſſibile aſtruunt, quod de Bernardo legebamus, nec fere credebamus.*

§. III. Proteſtantes, queis pulcrum eſt

Mariæ domus Dei de Trappa reſtitutos obſervant ſtrictioris Diſciplinæ Monachi Ciſtercienſes, qui ſub egregii illius Reformatoris Vexillo militare gloriantur. Quo fit, ut de illis Monachis Ciſtercienſibus, vulgo dictis *della Trappa*, id jure optimo dicere poſſim, quod olim Venerabilis *Petrus* Abbas Cluniacenſis in Ep. XVI, in laudem antiquorum Monachorum Ciſtercienſium ſcripſit: *Sicut Eſdras legem, & Machabæi ruinas templi, ſic illi* (ſeu Monachi Ciſtercienſes) *Monaſtici Ordinis detrimenta, ac Monaſteriorum morumque ruinas repararunt: ac delicatis magis, quam neceſſariis condeſcenſionibus exploſis, ad antiqui, & primi fervoris morem, ſuorum temporum teporem revocarunt*. Plura circa horumce Monachorum ſtrictioris obſervantiæ, Ordinis Ciſtercienſis, Leges, Uſus, ac Conſtitutiones, videſis in libro, quem Reverendiſſimus Abbas Monaſterii *Boni ſolatii*, vir doctrina, & pietate conſpicuus, & quem ipſe patris loco colo, ac veneror, an. MDCCXVIII, Florentiæ in lucem edidit, cuique hunc inſcripſit titulum: *Breve ragguaglio delle Coſtituzioni delle Badie della Trappa, di Buonſolazo, e di Caſamari della ſtretta Oſſervanza dell' Ordine Ciſtercienſe*. Qui titulus ſic latine redditur: *Compendioſa Relatio Conſtitutionum quæ obſervantur in Abbatiis B. Mariæ Domus Dei de Trappa, Boni ſolatii, & Caſæmarii, ſtrictioris Obſervantiæ, Ordinis Ciſtercienſis*. Auctor etiam tibi ſum, ut interdum legas vitas Monachorum, qui in Monaſterio *B. Mariæ Domus Dei de Trappa*, poſt expiatam diuturna, & laborioſa pœnitentia flagitioſam vitam, quam duxerant in ſæculo, ſancte obierunt. Horumce Monachorum vitas Gallice deſcriptas, paucis adhinc annis Italico idiomate donavit pius juxta ac doctus Abbatiæ *Boni ſolatii* Monachus, eaſque Florentiæ an. MDCCXV vulgavit eo præfixo titulo: *I prodigj della Grazia eſpreſſi nella Converſione di alcuni grandi peccatori morti da veri Penitenti, della ſtretta Oſſervanza Ciſterciſe*: ideſt: *Prodigia Divinæ Gratiæ, quæ ſeſe produnt in converſione aliquot projectæ conſcientiæ peccatorum, qui ut veri Pœnitentes, in Monaſterio B. Mariæ Domus Dei de Trappa ſtrictioris Obſervantiæ, Ordinis Ciſtercienſis mortui ſunt*. Vere ejuſmodi peccatorum ſinceræ, ac conſtantes converſiones, in perferendo laborioſæ pœnitentiæ rigore perſeverantia, ac tandem pretioſa mors appellari debent *Prodigia Gratiæ*, quæ ſuapte vi, & efficacia facit, ut inquit *Auguſtinus*, ex nolentibus volentes, ex diſſentientibus conſentientes, ex injuſtis juſtos, ex peccatoribus pœnitentes, atque in accepta juſtitia perſeverantes reddit, inſerta cordis ſuavitate, ac dulcedine.

(b) *Drouet de Maupertuis. Hiſt. de la Reforme de Sept-fons*. Sept-fons, Abbaïe de l'Ordre de Citeaux, fille de Clairvaux dans le Bourbonnois, á ſix lieves de Moulins, a été ainſi nommée, à cauſe de ſept fontaines qu'on y trouvoit, lorſqu'il fut etabli: preſentement il n'y en a qu'une, qui fournit de l'eau à tous les offices, & qui va ſe perdre dans un ruiſſeau; le quel forme un aſſez grand canal dans le jardin. Cette Abbaïe ne ſuffiſoit que pour un Abbé, & pour quatre Religieux, qui vivoient ſcandaleuſement, lorſque Dom Euſtache de Beaufort en fuit fait Abbé. Il entreprit en 1663, d'y mettre la réforme, mais il ne put gagner: & afin d'exécuter ſon deſſein, il fut obligè de payer une penſion à ces quatre Religieux, qui ſe retirerent dans d'autres maiſons de la Commune Obſervance. Il recut peu après trois Religieux, à qui il fit pratiquer exactement la Régle de Citeaux, retablit les lieux réguliers, & eut la conſolation avant ſon mort, qui arriva en 1709, de

voir

eſt curare cutem, gulæ indulgere, ſamorantemque diem mero ſæpe frangere, quorum Deus venter eſt, noſtrorum Monachorum temperantiam, ſeu abſtinentiam irrident; eamque non ex Chriſti ſchola, ſed ex Pythagoreorum, ac Platonicorum ſpatijs profectam fuiſſe, nec Religionis, ſed ſuperſtitionis altricem eſſe clamitant (c). At non vident hi Joviniani diſcipuli (d), quantopere eorum oratio cum ſacris li-

voir la Communauté composée de cent Religieux de chœur, & de prés de cinquante Fréres Convers. Toutes les auſtéritez de la Trappe ont été admiſes dans cette Abbaïe: le ſilence perpétuel, le travail des mains, le lũng Office, l'abſtinence de la viande & du poiſſon. On y a néammoins beaucoup de ſoin des malades: on y fait l'aummone a tous venans, & on ne refuſe l'hoſpitalité a perſonne.

(c) *Moshem. Hiſt. Eccl. Sæc. II, Part. II, Cap. III, §. XII, pag. 79.* Igitur repente hominum quoddam genus prodibat, quod excellentiorem & majorem vulgari ſanctitatem ſeſe conſectari, conſiliiſque *Chriſti* obtemperare velle, profitebatur, quod & hic ad intimam cum divina natura communionem perveniret, & extincto corpore ſtatim ad Deum ſine moleſtia, & impedimentis evolaret. Hi variis ſibi rebus interdictum eſſe putabant, quibus cæteris Chriſtianis uti conceſſum erar, vino, carne, matrimonio, negotiis. Hi vigiliis, abſtinentia, laboribus, fame corpus enecandum eſſe ducebant. His in loca deſerta ſecedere, ſeveraque meditatione mentem a rebus externis & ſenſus oblectantibus abſtrahere, beatum videbatur. Viri feminæque duras ſibi has conditiones, bono, puto, animo, at malo exemplo, & magno rei Chriſtianæ incommodo imponebant: qui propterea *Aſcetæ*, *Σπυδᾶιοι ἐκλεκτοὶ*, *philoſophi* etiam, & *philoſophæ* vocabantur, nec vocabulo tantum, ſed veſte quoque, & habitu corporis a cæteris Chriſtianis diſtinguebantur. Hoc quidem ſæculo, quibus durum hoc vitæ genus placebat, ſibi vivebant, nec hominum ſocietati, ac conſuetudini ſeſe ſubducebant. Progrediente vero tempore primum in loca deſerta ſecedebant, deinde etiam *Eſſenorum* exemplo, & *Therapeutarum*, in collegia migrabant.

Cauſæ inſtituti in promptu ſunt. Primum Græcis, Romanis, cæteriſque populis inferiores eſſe nolebant Chriſtiani, quos inter ſapientes, & philoſophi erant haud pauci, qui univerſa vitæ ratione veſtituque a vulgo plane ſejuncti erant, magnaque in auctoritate poſiti. Ex his autem philoſophis nulli placebant magis Chriſtianis, quod notum eſt, quam *Platonici*, & *Pythagorei*, quos quidem conſtat, duplicem vivendi diſciplinam tradidiſſe, aliam philoſophis, qui virtute cæteros antecedere vellent, aliam populo vitæ negotiis implicato. Philoſophis hanc legem ſcribebant Platonici: Sapientis animus a corporis contagione, quantum fieri poreſt, divelli debet; atqui huic propoſito quum corporis graviras hominumque conſuetudo maxime adverſetur, ideo voluptates omnes ſenſuum fugiendæ, corpus duro, & tenui victu alendum, immo vexandum eſt, ſolitudo quærenda, mens denique abducenda & a corpore, quantum fieri poteſt, contemplando ſevocanda eſt. Hoc qui fecerit, is, dum vivet, Deo ſociatus erit, corporiſque ſarcina depoſita, ſine mora ſedes ſublimiores petet, nec ut reliquorum hominum mentes, purgationis egebit. Nervi hujus diſciplinæ in dogmatibus de anima, dæmonibus, materia & mundo latent, quæ ſectæ huic philoſophorum eorumque amicis propria erant. Quæ dogmata quum a Chriſtianis doctioribus ſuſciperentur, conſequi ea neceſſe erat, quæ cum illo manifeſto vinculo conjuncta ſunt.

(d) Graveſſon. Hiſt. Eccl. Tom. II, pag. 24. *Jovinianus* Monachus virginita-

teris pugnet? Quid? A Pythagora ne, an ab Chriſto ea didicerat Paulus, quæ in II ad Corinthios ſcripſit V, 5. *In omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros in multa patientia, in vigiliis, in jejuniis?* Superſtitione ne conflictatum Apoſtolum dices, cum XI, 27, diſcipulis ſuis narrat, ſe jam fame, ſiti, jejuniis occaluiſſe, ut Chriſto vicem rependeret? *In labore, & ærumna, in vigiliis multis, in fame, & ſiti, in frigore, & nuditate.*

§. IV. Qui cibi parcitatem tenuitatemque corporis valetudini, viriumque integritati obeſſe rentur (*e*), interrogent ii Clinicos, utrum morbi magis habitent inter Trappenſes, Fulienſes, cæteroſque Cœnobitas, an inter Mundi voluptarios, qui lautis exquiſitiſque conviviis delectantur; atque intelligent, quanto melius ſit, parce, continenter, ſevere, ac ſobrie vivere, quam molliter, & delicate.

Q.U.

---

tem; & continentiam non ſecus ac Helvidius impugnavit, meritorum in hac vita, ſicut & præmiorum, quæ Deus poſt hanc vitam juſtis retributurus eſt, inæqualitatem negavit; ad crapulam, & libidinem homines excitavit his verbis, quæ S. Hieronymus refert in libris, quos contra illum ſcripſit: *raro jejunate, crebrius nubite, non enim poteſtis implere opera nuptiarum, niſi mulceum, & carnes ſumpſeritis. Viribus opus eſt ad libidinem. Cito caro conſumpta marceſcit. Nolite timere fornicationem. Qui ſemel in Chriſto baptizatus eſt, cadere non poteſt; habet enim ad deſpumandas libidines ſolatia nuptiarum.* Damnatus eſt *Jovinianus* in Synodo Mediolanenſi, & poſtea a *Siricio* Papa anno CCCXC. S. Auguſtinus contra illum edidit librum *de bono conjugali*: eumque tanquam barbarum, ſtupidum & in ſermonibus ſuis confuſum perſtringit S. Hieronymus ſic loquens lib. 1 adverſus Jovinianum: *Quos cum legiſſem*, ideſt Joviniani libros, *& omnino non intelligerem, cœpi revolvere crebrius non verba modo, atque ſententias, ſed ſingulas pene ſyllabas diſcutere, volens prius ſcire quid diceret, & ſic vel probare, vel redarguere quod dixiſſet. Verum ſcriptorum tanta barbaries erat, & tantis vitiis ſpurciſſimis ſermo confuſus, ut nec quid loquatur, nec quibus argumentis velit probare, quod loquitur, potuerim intelligere &c.* Denique anno 412 *Honorius* Imperator Mediolani legem 53: Cod. Theod. *de Hæreticis* tulit in Jovinianum, qui jam Mediolanenſi Urbe anno 390 profugus ad Diœceſim Romanæ Urbis ſeſe receperat, ibidemque extra muros ejusdem Urbis conventus agebat; juſſitque Imperator, Jovinianum Hæreticum in Inſulam *Boam* in Dalmatia ſitam, plumbatis prius cæſum, deportari, omneſque illius miniſtros, ac erroris participes in alias pariter Inſulas inter ſe diverſos ablegari.

(e) Les ennemis du Chriſtianiſme en jugent autrement; c'eſt, diſent-ils, une pratique ſuperſtitieuſe, fondée ſur une fauſſe idee de la Divinité, l'on s'eſt perſuadé qu'elle ſe plaiſoit à nous voir ſoufrir: les Orientaux & les Platoniciens avoient rèvé que nous ſommes infeſtés par des Démons, qui nous portent au vice, & que le *jeûne*, pourſuivent ils, peut nuire à la ſanté; en diminuant nos forces il nous rend moins capables de remplir des devoirs qui exigent de la vigoeur.

Cependant le plus habiles Naturaliſtes conveniene encore aujourd'hui que le remede le plus efficace contre la luxure eſt l'abſtinence & le *jeûne*. Hiſt. Nat. tom. 3, in 12, c. 4, p. 105.

QU. XIII.

Ubi nam modo ii Chriſtiani, qui diurna, nocturnaque prece Deum colunt, uti primitivi Fideles?

§. I. PRinceps primitivorum Fidelium occupatio ea fuit, quam principe loco Apoſtolus eis commendavit ad Epheſ. VI, 18: *Per omnem orationem, & obſecrationem orantes omni tempore in ſpiritu.* Et ad Coloſſ. IV, 2: *Orationi inſtate vigilantes in ea in gratiarum actione.* Et I ad Theſſalonicenſes V, 17: *Sine intermiſſione orate.* Hiſce vocibus admoniti Fideles diem noctemque ſummo cum ſtudio Deum colebant, precabantur, ac venerabantur, neque illos ab aſſiduis diurnis, nocturniſque precibus aut commodum, aut otium abſtrahebat, aut voluptas avocabat, aut ſomnus retardabat. Habemus hujuſce rei teſtes locupletiſſimos S. Ignatium in Ep. ad Epheſios, & alibi, Tertullianum Lib. II ad uxorem cap. V, & in Apolog. ac S. Cyprianum lib. de Orat. Dominica, cujus hæc ſunt verba: *Hora nulla a Chriſtianis excipitur, quominus frequenter, ac ſemper Deus debeat adorari, ut qui in Chriſto, hoc eſt in Sole, & in die vero ſumus, inſiſtamus per totam diem precibus, & oremus; & quando mundi lege decurrens noctibus alternis nox revoluta ſuccedit, nullum de nocturnis tenebris eſſe orantibus damnum poteſt, quia filiis lucis & in noctibus dies eſt .... Qui autem in Chriſto h. e. in lumine ſemper ſumus, nec noctibus ab oratione ceſſemus ... Nos, Fratres dilectiſſimi, qui in Domini luce ſemper ſumus, qui meminerimus, & tenemus, quid eſſe accepta gratia cœperimus, computemus noctem pro die. Sic nocte quaſi in lumine vigilemus oraturi ſemper, & acturi gratias Deo hic orare non deſinamus.*

§. II. Hæc priſcorum Fidelium adverſus Deum pietas cum ætate in Eccleſia minime conſenuit, ſed potius accrevit, magnumque ſui in cunctis Regularium Ordinibus ſpectaculum & antehac ſemper (a) edidit,

(a) Bingham. O. & A. E. Lib. VII, Cap. III, §. XVII, Tom. III, pag. 74. Monachi *Palæſtinæ* ſex, vel ſeptem horas canonicis precationibus dabant: Ita etiam qui in *Meſopotamia* aliiſque Orientis partibus commorabantur. Fiebant hæ precationes matutinæ prima diei hora, deinde tertia, inde ſexta, poſt hæc nona, ad extremum undecima, quæ CASSIANO *hora lucernalis* dicitur.

Caſſianus Inſtit. Lib. III, Cap. III. In his horis etiam ille Evangelicus paterfami-

dit, & nunc etiam edit. Quin immo extitere quædam Monachorum familiæ, quarum inſtitutum adhuc tenet, quæ in divinis laudibus canendis, precationibuſque fundendis non ſolum aliquot, ſed omnes diei, noctiſque horas tranſmittendas putabant. Itaque nulla apud illos diei, noctiſque particula, nullum diutni nocturnique temporis punctum, quod ſacris precibus, pſalmis, hymniſque non reſonaret. Hæc numquam interrmiſſa pſalmodia viguit prius apud Acæmetas Monachos Orientales (*b*), qui & inſomnes dicti, non quod ſomnum ſibi penitus interdixiſſent, ſed quia alternis corpora ſua ſomno curabant, ne divinarum laudum concentus ullius horæ momento abrumperetur; deinde ad Occidentales Cœnobitas gradum fecit, pedemque tetulit in Cœnobium Lexovienſe, Centumcellenſe, Cabillonenſe, Dionyſianum, Habedenſe, Lugdunenſe, ac tandem

milias operarios conduxit in vineam ſuam. Ita enim ille primo mane conduxiſſe deſcribitur: quod tempus deſignat matutinam noſtram ſolemnitatem: deinde tertia, inde ſexta, poſt hæc nona, ad extremum undecima, in qua *lucernalis hora* ſignatur.

Caſſianus ibidem Lib. III, c. 2. Apud illos hæc officia, quæ domino ſolvere per diſtinctiones horarum, & temporis intervalla cum admonitione compulſoris adigimur, per totum diei ſpatium jugiter cum operis adjectione ſpontanea celebrantur. Ita namque ab eis inceſſanter operatio manuum privatim per cellulas exercetur, ut pſalmorum quoque, vel cæterarum ſcripturarum meditatio numquam penitus omittatur. Cui preces, & orationes per ſingula miſcentes, in his officiis, quæ nos ſtatuto tempore celebramus, totum diei tempus abſumunt. Quamobrem exceptis veſpertinis horis ac nocturnis congregationibus nulla apud eos per diem publica ſolemnitas abſque die Sabbathi, vel Dominica celebratur, in quibus hora tertia ſacræ communionis obtentu conveniunt. Plus enim eſt id, quod inceſſanter offertur, quam quod per temporis intervalla perſolvitur, & gratius voluntatium munus, quam functiones, quæ canonica compulſione redduntur.

(b) Biogham. O. E. Lib. VII, Cap. II, §. X, Tom. III, pag. 31. Sæculo quinto ineunte, vel medio, ut Baronius exiſtimat, *Conſtantinopoli* ſub *Gennadio* Patriarcha Alexander quidam Monachorum quemdam Ordinem inſtituit, quos iſtius ævi, & ſequentium ſæculorum ſcriptores plerumque *ἀκοιμήτους*, hoc eſt *inſomnes* appellitant. Cujus nominis ratio ab ipſorum inſtituto; divina officia noctes, atque dies continuabant, inde *inſomnes* vocitati. Hujus Ordinis pietas magnam ipſis famam atque exiſtimationem conciliavit, multaque in eorum uſum Monaſteria *Conſtantinopoli* fuerunt extructa. Inter alios *Studius* quidam vir præclatus, & conſularis dignitatis, quum *Roma Conſtantinopolim* delatus Sæculo valedixiſſet, ad quemdam horum Ordinum tranſiit, & celebre aliquod Monaſterium pro ipſis erexit, quod ab ipſo auctore *Studium*; ejuſque Monachi *Studitæ* fuerunt nuncupati.

Niceph. hiſt. lib. XV, & XXII. *Τούτου* (*Γενναδίου*) *ἐπὶ τὸ θρόνον ὄντος καὶ Στούδιος, τὶς πατρικιὸς ἀνὴρ ἐκ Ῥώμης ἥκων τὸν τοῦ προδρόμου ἀνέγειρε νεών. μοναχοὺς ἐκ τῆς τῶν ἀκοιμήτων μονῆς ἐκεῖσε ἐγκαταστήσας ὃν Μάρκελλος ὁ θειότατος ἤγειρεν, ἀσίγητον τὸν ὕμνον παρασκευάσας θεῷ μεταπεμπτεάδας εἰς τρία μέρη τὴν ποίμνην διανειμάμενος.* In Epiſcopatu hujus (Gennadii) Studius quidam vir præclarus Roma Conſtantinopolim pervenit, & Divo Præcurſori templum erexit, in quod Monachos ex domicilio eorum qui *ἀκοίμητοι*, hoc eſt *inſomnes* dicuntur, induxit.

Ha-

dem ſedem ſuam fixit in Agaunenſi Sodalitio (c), ubi noſtris etiam temporibus perſeverat.

§. III. At ſi pulcrum, & decorum eſt, viros exiſtere, quorum ora a precibus ad Deum fundendis numquam conquieſcunt; turpe e contra, atque indecorum homines reperiri, qui Deum nullis precationibus obteſtationibuſque orandum eſſe docent, neque Deum, qui omniſcius eſt, noſtra egere oratione, ut ſciat, quibus rebus indigeamus. Qui cœleſtes implorat aquas, & locupletem frugibus annum, quid aliud a Deo petit, quam ut rerum ordinem mutet, & naturæ curſum invertat? Qui meliorem mentem ſibi dari, ac meliores mo-

Horum domicilium Marcellus diviniſſimus conſtruxerat, in quo perpetuis carminibus numquam non hymni Deo canerentur, ſodalitate Monachorum eam ob rem in tres cœtus diviſa.

(c) Graveſſ. ad Sæc. V, VI, pag. 75. De Agaunenſi Monaſterio, quod nunc vulgo nuncupatur Cœnobium S. Mauritii in Valleſia, quia ibi SS. Martyrum Thebæorum, quibus præerat S. Mauritius, aſſervantur, & coluntur Reliquiæ, late tractant Card. *Noriſius* lib. 2 Hiſt. Pelag. cap. 3, *Henſchenius* in vita S. Sigiſmundi Burgundiæ Regis ad diem 1 menſis Maji, & *Carolus Cointius* Presbyter Oratorianus in Annalibus Eccleſiæ Francorum ad annum DXXXV. Iſtud Monaſterium antiquiſſimum eſt, & ante annum quingenteſimum *Acauno* conſtructum in anguſta planitie, in qua parvus vicus antiquitus ædificatus fuit, quem *Tornatam*, ſeu *Tornadam* non longe ab Octoduro diſſitum, incolæ appellarunt: indeque Monaſterium modo *Agaunenſe* a ſitu, modo *Tornatenſe* ab Oppidulo ibi condito denominatur. *Agaunenſes* Monachi peculiarem regulam ſervabant a *S. Severino* Monaſterii Abbate editam, quam *Holſtenius* una cum aliis regulis a S. Benedicto Ananienſi Abbate collectis in lucem emiſit, cujus hic titulus eſt: *Incipit regula Monaſterii Tornatenſis*, quæ capitibus 23 conſtat, quamque a Capite 13, uſque ad ultimum ex regula S. Auguſtini ad verbum exſcriptam eſſe Card. *Noriſius*, & *Carolus Cointius* jam laudati demonſtrant. *Sigiſmundus* Rex Burgundiæ, poſtquam filium ſuum *Sigericum* occidi juſſiſſet, facti pœnitens perennem Pſalmodiam circa annum 415, in Monaſterio Agaunenſi inſtituit. Sed quænam fuerit Pſalmodia perpetua, non convenit inter eruditos. Alii vocant illam Pſalmodiam *Aſſiduam*, quod aliis atque aliis mutuo, & alternatim ſuccedentibus, diu noctuque continuaretur, uti fiebat apud *Acæmetas* Monachos Orientales. Cointius vero in Annalibus Eccleſiæ Francorum ad annum 536, num. 224, & ſeqq. contendit, peculiarem dumtaxat pſallendi formam certis horis diei, & noctis præſcriptam fuiſſe, non vero Pſalmodiam perpetuam. At Cointium hac in re hallucinatum fuiſſe probat doctiſſimus *Mabillonius* in Præfat. parte 2, Sæc. IV Benedictini, ac manifeſto oſtendit, in locis, in quibus jugis bujuſmodi Pſalmodia vigebat, Monachos in plures turmas fuiſſe diviſos, ita ut primæ recedenti a Matutinis Officiis ſuccederet ſecunda, & hinc tertia; dein abſoluta prima, priores locum ſecuturis facerent, & ad aſſignatum laborem pergerent. Idem jugis Pſalmodiæ ritus obtinebat apud *Centumcellenſes* Monachos, & in nonnullis Galliæ Monaſteriis, nempe in *Cabilonenſi* S. Marcelli, *Dionyſiano* prope Pariſios, *Luxovienſi*, *Habedenſi*, & *Lugdunenſi* S. Salabergæ. Sed de his legendus eſt *Mabillonius* loco mox citato. Extat adhuc Monaſterium *Agaunenſe*, vulgo S. Mauritii nuncupatum, quod a pluribus ſæculis a Clericis Regularibus Ordinis S. Auguſtini inhabitatur. Anno ſiquidem 1261, ut liquet ex charta a Samarthanis tomo quarto *Galliæ Chriſtianæ*, dum de Ab-

Digitized by Google

mores expoſcit, quid aliud poſtulat, niſi ut Deus id munus præſtet (*d*), quod nos præſtare tenemur? At nos cum noſtris precibus Deum laceſſimus, non eo conſilio id facimus, ut illi indicemus, quid nobis opus ſit, ſed ut fateamur, illum unum eſſe, ad quam confugere, a quo opem petere poſſimus. Neque ii nos ſumus, qui fato quodam, aut alicujus legis neceſſitate mundum gubernari, ac regi putamus: ſed in ea ſemper fuimus ſententia, quæ ſtatuit, divino nutu, voluntate, atque arbitrio rebus humanis non ſolum univerſis, ſed etiam ſingulis conſuli, provideri, ac proſpici. Nec nos iis naturæ viribus prædití ſumus, quæ abſque divini Numinis ope mores noſtros, vitamque in melius componere valeant. Juvat igitur, immo neceſſe eſt ſupernæ gratiæ vim a Deo efflagitare, quæ a vitiis nos avocet, atque deterreat, ad virtutes nos acuat, atque impellat.

QU.

Abbatia Agaunenſi loquuntur, recitata, jam iſtud Monaſterium Canonici Regulares incolebant.

Heliot l. c. Quelques Monaſteres de filles ſe conformerent à la même regle. Il paroit, par l'abrégé des actes de Sainte Saleberge, recueillis dans un manuſcrit de Compiegne cité par le Pere Ménard, que cette Sainte, aprés avoir fait bâtir un vaſte Monaſtere, & y avoir raſſemblé trois cents Religieuſes, les partagea en pluſieurs choeurs différens, de maniere, qu'elles puſſent faire retentir nuit, & jour leur Egliſe du chant des Pſaumes.

(d) Comme les Incrédules ne voudroient aucun exercice de religion, ils ſoutienent que la *priere* eſt injurieuſe a Dieu. Ce grand Etre, diſent ils, qui fait tout, n'a pas beſoin de nos domandes pour connoître ce qu'il nous faut & ce qui nous eſt le plus avantageux; lui expoſer nos déſirs, c'eſt lui temoigner de la défiance & du mécontement. Lorſque nous lui demandons d'être délivrés des maux de ce monde, nous exigeons qu'il change pour nous par des miracles le cours de la nature. Comment peut-il exaucer deux hommes ou deux nations qui lui font des *prieres* contraires? Si nous le ſupplions de nous guérir de nos vices & de nous donner les virtus que nous n'avons pas, nous voulons qu'il faſſe notre propre ouvrage, puiſqu'il dépend de nous d'éviter le mal, & de pratiquer le bien. Ainſi, ſuivant cétte decision, tout homme qui croit un Dieu, & qui l'invoque eſt un inſensé, & c'eſt la folie de gente humain tout entier.

QU. XIV.

Ullus ne modo Chriſtianorum Ordo, qui cavet, ne quid vacivum tempus ſibi duit, uti primitivi Fideles cavebant?

§. I. Nihil prius, nihil potius, nihil antiquius fuit primis Chriſtianæ Religionis alumnis, quam ut otium, deſidiamque vitarent. Didicerant enim, ex otio progigni ægritudines, libidines, cupiditates, aliaſque animi vitioſitates. Illud igitur ſummopere curabant, ut nulla ſuæ vitæ pars aut a divinis precibus, aut a ſacrorum librorum lectione, aut a manuum labore unquam vacaret. Illorum vita ſic erat. Ubi ſomno experecti, Crucis ſigno (a) ſe muniebant, ac ſtatim culcitram linquentes ſupplicibus precibus divinum numen piabant, dein eo ſe conferebant, ubi Chriſtianorum conventus celebrabatur (b), ut rei divinæ intereſſent, domum inde reverſi rei familiari operam dabant, in iiſque artibus (c), quibus inſtructi, ac dediti erant, ſeſe exercebant. Feſſas vires

(a) Id vero faciebant, quoties aliquid aggrediebantur. Tertullianus *lib. de Corona militis cap. IV, pag.* 102, *edit. ann.* 1744. Ad omnem progreſſum, atque promotum, ad omnem aditum, & exitum, ad calciatum, ad lavacra, ad menſas, ad lumina, ad cubilia, ad ſedilia, quæcumque nos converſatio exercet, frontem Crucis ſignaculo terimus.

(b) Stato die fieri id conſueſſe ſcribit Plinius *Epiſt. XCVII, lib. X, pag.* 629, *edit. Cellar.* & Juſtinus Martyr *Apolog. I, pag.* 86, *edit. ann.* 1747. Sequiore ætate factum id eſt multo frequentius, ut ex Euſebii, auctoris Conſtitutionum Apoſtolicarum aliorumque teſtimoniis, plane conſtat. Atque quotidie ſane congregari Chriſtianos initio poſt Aſcenſum Chriſti Servatoris in Cœlum, ſolitos fuiſſe, ut Euchariſtiam celebrarent, Deumque laudarent, auctor eſt in Actis Apoſtolicis Lucas c. II, v. 46, ſeq.

(c) Iis autem rebus cum eſſent contenti, quibus vitam ſuſtentare valerent, non eas artes, ex quibus plurimum lucri ſibi promitterent, ſed communes, quales erant hominum plebejorum, profitebantur. Nam demptis nobilibus, qui, ſi collati cum cæteris eſſent, perpauci initio erant, reliqui labore manuum victum ſibi quæritabant. Vix enim Jureconſultorum, Oratorum, Medicorum &c. qui primis Eccleſiæ ſæculis tribus floruerint, eorum autem, qui mercaturam facerent, ne vix quidem ullius ab antiquis Scriptoribus fieri video mentionem. Sed ab Jureconſultis, iiſque etiam, qui artes liberales colerent exordiendum eſt. Ac eorum quidem aliquos, qui cauſas Romæ, atque aliis in Urbibus dicerent, & jus interpretarentur, Chri-

vires frugales menſæ reficiebant, quas ſacræ preces, ſacraque lectio condiebant. Pranſi gratibuſque Deo actis ad laborem, opuſque faciendum denuo ſeſe revocabant, cui divinas laudes interſerebant; caſque ad noctem uſque producebant. Numquam apud eos cœnabatur ſine precibus, & gratia-

Christianæ Religioni dediſſe nomen, auctor eſt in ſecundo adverſus Gentes libro Arnobius. Sunt autem, qui Vetium Epagathum in Jureconſultis numerandum putent, qui, Marco Aurelio Imperatore, incredibili animi magnitudine, cum omnia cruciatuum exempla in Chriſtianos edi videret, in medium proceſſit, inſtinctuque Divino incitatus, paratum eſſe dixit, ſe cauſam eorum, defenſionemque ſuſcipere, quos nihil contra leges, nihilque contra atque pietas, virtuſque poſceret, molirentur. Sed ut aperte dicam, quod ſentio, vereor, ne res ulla in Hiſtoria ſit, ex qua Vetium dicundo juri operam aliquando dediſſe colligatur. Nam quod a Lugdunenſibus in Epiſtola, quam ad Aſiæ, Phrygiæque Eccleſias ſcripſerunt, advocatus dicatur Chriſtianorum, nego ſatis eſſe grave argumentum ad id, quod Balduinus vellet, demonſtrandum. Quid? ſi ne Senatores quidem Hippolytus, & Apollonius, quos in Scriptoribus Eccleſiaſticis Hieronymus ponit, oſtendi poteſt, juris ſecutos fuiſſe prudentiam? Alioqui Flavius Clemens quoque, ac Glabrio, quos & conſules, & multis aliis magniſque honoribus perſunctos fuiſſe conſtat, in Jureconſultis numerarentur. Etſi autem Euſebius in ſecundo libro Hiſtoriæ Tertullianum legum Romanarum peritiſſimum vocet, idque hujus Scriptoris & Apologeticus, & ad Nationes libri plane demonſtrent, non is tamen ſum, qui eum umquam in foro aut defendiſſe quemquam, aut accuſaſſe putem. Cum enim monumenta, quibus ſolum adhibenda aſſenſio eſt, & vetera, & auctoritatis alicujus deſint, numquam committam, uti me de rebus incertis unus aliquis arbitretur temere tuliſſe ſententiam. Hoc certum eſt, tertio Eccleſiæ ſæculo Minucium Felicem Africanum, a quo eſt editus dialogi liber, quem inſcripſit *Octavium*, Romæ inter cauſarum patronos locum obtinuiſſe, ut eſt a Lactantio, & Hieronymo monumentis traditum litterarum. Poſt autem, ut Imperatores propenſiore in Chriſtianos animo eſſe cœperunt, tumque potiſſimum, cum exactis tyrannis, potitus Conſtantinus eſt imperio, plures extitiſſe Jureconſultos, qui noſtram Religionem profiterentur, tam eſt manifeſtum, ut revocari a nemine in controverſiam poſſe videatur. Sed erunt fortaſſe, qui mirentur, quemadmodum ſævientibus in Chriſtianos Ethnicis, verſari Minucio in foro, cauſaſque defendere liceret. At hi ſi conſiderent neque ſemper Imperatores caviſſe, ne qui noſtrum publicis muneribus fungerentur, neque omnes; facile quidem certe confitebuntur, tertio ſæculo, quo & Septimius Severus æquior aliquando, quam deceſſores ſui conſueverant, noſtris, & Alexander, & Philippi Auguſti, qui nihil adverſus nos decernendum exiſtimarunt, adepti imperium ſunt, fas fuiſſe Chriſtiano viro in forum venire, patrociniumque eorum ſuſcipere, quos aut injuria affectos, aut bonis injuſte privatos fuiſſe arbitraretur. Neque enim Jureconſultos eorum temporum, qui noſtris ſacris eſſent initiati, ita fuiſſe comparatos animis cenſeo, ut non juſtitiæ tuendæ, ſed amplificandæ rei familiaris cauſa in forum venirent, ac ſi clientes nacti pauperes fuiſſent, vel negligendos, ita ut noſtra ætate fieri a quibuſdam intelligo, vel diem ex die ducentes, illudendos judicarent. Longe diſcrepans eorum & ratio vitæ, & inſtitutio morum erat.

Ac præter Jureconſultos, Oratores, atque Philoſophos aliquot Chriſtiana inſtituta ſecutos fuiſſe, ſatis conſtat. In his Qua-

tiarum actione (*d*). Poſt recitatos Pſalmos, hymnoſque cubitum diſcedebant. Sed ne arctior ſomnus eos opprimeret, ſub mediam noctem ex lectulo ad pſallendum ſurgebant (*e*).

§. II. Jam vero haſce primitivorum Chriſtianorum occupationes, exercitationeſque cum eo vitæ curriculo conferamus, quod noſtrorum temporum Monachi colunt. Brevitatis cauſa una Fulienſium (*f*) familia contenti erimus. Hi ante lucem le-

---

Quadratus, Ariſtides, Juſtinus, Tatianus. Athenagoras, Apollonius, Cyprianus, Arnobius, aliique fuerunt, qui ſententiis, decretiſque veterum Poetarum, Rethorum, & Philoſophorum uſi, non ſolum Ethnicas fabulas graviter, ſapienter, vereque oppugnarunt, ſed ſanctam etiam ſolamque veram Chriſtianorum defenderunt religionem. Quum enim exiſterent interdum improbi, ſceleſtique homines, qui ſe Philoſophos appellarent, atque hoc tam præclaro nomine plebem circumvenirent, factum divini Numinis conſilio eſt, ut eorum aliqui quanta in pravitate opinionum verſati eſſent, cognoſcerent, Chriſto ſe dederent, iiſque rationum momentis ſæpe nos a calumnia vindicarent, quibus inimici noſtri abuterentur. Sed de Philoſophis, cæteriſque Chriſtianis, qui aliqua doctrinæ laude floruerunt, copioſe agere non eſt neceſſe. Hoc tamen breve non prætermittam, Philoſophos illos, Oratoreſque Chriſtianos factos magnam partem Epiſcopos, Presbyteros, Diaconoſve fuiſſe, adeoque non arte, quam profiterentur, ſed facultatibus Eccleſiarum ali conſueviſſe. Quod ſiqui cooptati non fuerant in ordinem Clericorum, iis profecto ſcholas moderari, & vel publico, vel diſcipulorum ſumptu victum ſibi quærere licebat.

Nam Lactantius, qui litteras adoleſcentes docebat, ſtipendio publico victitarit neceſſe eſt, cum publice Nicomediam eam ob cauſam accitus eſſet. *Lib.* enim V *Inſtit.* Cap. II, „ Ego, *inquit*, cum in Bi„ thynia oratorias litteras accitus doce„ tem &c. "

(*d*) Tertullian. lib. de Corona cap. IV, pag. 102, edit. an. 1714, & Apolog. cap. XXIII, pag. 32, Clemens Alexandrinus lib. VII Stromat. p. 728, edit. an. 1641, Plinius Ep. XCVII, lib. X.

Clemens Alexandrinus lib. II Pædag. cap. X, pag. 194. „ Cæterum, *inquit*, „ quibus uxores ducere conceſſum eſt, iis „ Pædagogo opus fuerit, ut non interdiu „ myſtica naturæ celebrentur orgia, nec „ ex Eccleſia, verbi gratia, aut ex foro „ mane rediens, galli more coeat, quando „ orationis, & lectionis, & efficacium, „ quæ interdiu fiunt, operum tempus eſt. „ Veſpere autem oportet poſt convivium „ conquieſcere, & *poſt gratiarum actionem*, „ quæ fit Deo pro bonis, quæ percipi„ mus ".

(*e*) Tertullianus *lib. II ad Uxor. Cap. V, pag.* 169. Latebis ne tu (*Ethnicum* maritum) cum etiam per noctem exurgis oratum?

(*f*) *P. Flaminius Annibali de Latera in Op. Comp. Ord. Relig. Part. I, pag.* 102, *cap.* 23. Una delle Riforme più ragguardevoli dell' Ordine Ciſterc ienſe è quella della Madonna dei Foglianti, detta perciò dei Fogliantini, in Franceſe *Feuillans*, ed in Latino *Fulienſis*, fondata da D. Giovanni de la Barriere nobile Franceſe. Da ſecolare ebbe egli in Commenda queſta Abbazia dell' Ordine Ciſtercienſe per lo ſpazio di undeci anni, e nel 1573 iſpirato da Dio veſtì l' abito di queſta Religione nel Monaſtero di Aune nella Dioceſi di Toloſa, e vi fece la ſolenne Profeſſione, dopo la quale paſsò ad abitare nella ſuddetta Abazia dei Foglianti, e v' introduſſe la Riforma, che gli coſtò molti travagli, e diſturbi. Nel 1577 i Religioſi di queſta, chiamati comunemente in Italia i Bernardoni, erano già molto numeroſi, e tanto zelanti, che all' anti-

loculum deſerunt, atque ad divinas laudes canendas in unum locum omnes

che oſſervanze, e mortificazioni di Ciſtello aggiunſero quelle di andare affatto ſcalzi, e col capo ſempre ſcoperto, di dormire veſtiti ſopra rozze tavole, e di mangiare genufleſſi per terra, contenti di una ſola mineſtra di erbe cotte nell' acqua pura, e di poco pane di orzo impaſtato colla ſemola, aſtenendoſi dalla carne, dalle uova, dai latticinj, dal peſce, dall' olio, ed eziandio dal ſale nelle vivande. Nel 1586 ſpedirono due Religioſi al Sommo Pontefice Siſto V, il quale approvò la loro Riforma, e ſebbene li ſoggettò alla viſita dei Monaci di Ciſtello in ciò, che non foſſe contrario all' oſſervanza da eſſi abbracciata, comandò, che inſorgendo qualche difficoltà ſopra l' intelligenza della Regola di S. Benedetto, ricorreſſero al ſommo Pontefice per lo ſvolgimento. Nell' anno ſeguente 1587 il medeſimo Siſto V approvò di nuovo queſta Riforma tanto per i Religioſi, che per le Religioſe, fece rimanere in Roma i due Monaci ſpeditigli, e diede ordine al Riformatore di mandarne degli altri dalla Francia, e loro aſſegnò prima la Chieſa di S. Vito, e poi quella di S. Prudenziana. Poco dopo anche lo ſteſſo Riformatore per le molte perſecuzioni, che pativa in Francia, ſe ne venne in Italia, dove nel 1592 fu celebrato un Capitolo Generale della ſua Riforma, di cui fu eletto Vicario Generale il P. D. Giovanni Gualterone Franceſe. In queſto Capitolo i Religioſi cambiarono il nome delle loro famiglie in quelle di qualche Santo, onde il Vicario Generale ſi fe' chiamare Giovanni di S. Girolamo, ed il Riformatore Giovanni di S. Benedetto.

Queſto Vicario Generale ottenne dal Papa Clemente VIII, che i ſuoi Monaci eſenti foſſero dalla giuriſdizione dei ſuperiori di Ciſtello, e che ſoggetti foſſero immediatamente alla Sede Apoſtolica. Accordò loro il Pontefice anche la facoltà di farſi un corpo di Coſtituzioni particolari, le quali egli approvò dopo che furono compoſte, ed eſibite al Capitolo Generale. In queſte fu mitigato il primo rigore, poiche ſi permette di coprirſi il capo, di coricarſi ſopra dei pagliarici, di bere il vino, di mangiare in certi determinati giorni uova, latticinj, e peſce, e di condire le vivande con ſale, e con butirro, e con olio. Nel 1598 fu terminata in Roma la fabbrica di S. Bernardo alle Terme fatta a ſpeſe della Conteſſa di Santafiore Catterina Sforza, ed il P. D. Giovanni de la Barriere, o di S. Benedetto, dopo di eſſere ſtato riveduto per ordine di Clemente VIII il ſuo proceſſo, e dichiarato innocente per ſentenza del gran Cardinale Bellarmino, ai 25 d' Aprile dell' anno 1600, con fama di ſantità morì in queſto nuovo Monaſtero, dove dalla ſuddetta Conteſſa gli furono fatte celebrare ſolenniſſime Eſequie, e fu ſepolto. Il medeſimo Clemente VIII deputò i Religioſi de Monaſterj di S. Prudenziana, e di S. Bernardo per formare gli *Agnus Dei* di cera, che il Papa ſuol benedire, ed un tal privilegio è ſtato loro confermato da Leone XI, e da Paolo V, colla proibizione ad altri d' ingerirſi in queſt' opera.

Dopo la morte del Riformatore la ſua Congregazione fece acquiſto di altri Monaſterj sì in Francia, che in Italia, e nel 1630, Urbano VIII diviſe i Franceſi dagli Italiani, e formò di eſſi due Congregazioni, ad ognuna delle quali diede il Generale della riſpettiva nazione, chiamando quella di Francia la Congregazione della Madonna dei Fogliatti, di cui fu primo Generale il P. D. Carlo di S. Paolo, e quella d' Italia la Congregazione dei Riformati di S. Bernardo, della quale il primo Generale fu il P. D. Filippo di S. Giovanni Battiſta. In ſeguito di ciò i Franceſi nel loro Capitolo del 1634, e gli Italiani nel loro del 1667 fecero alcune mutazioni nelle Coſtituzioni primitive; e Clemente XI li diſpensò dall' andar ſenza calze, e dal portare i zoccoli. La loro veſte è un' abito, o cocolla bianca ſenza ſcapolare, cinta

omnes conveniunt. Hiſce perſolutis, ſecedunt in ſeipſos, animumque exercent meditatione rerum æternarum. Poſtea in ſacrarum literarum ſtudia tamdiu incumbunt, donec ſacrarum precum, reique divinæ operandi hora

ra

---

cinta con un cordone, ed un cappuccio dello ſteſſo colore, ma quello degli Italiani è più largo di quello dei Franceſi, e la mozzetta degli uni, e degli altri nella parte anteriore è tonda, e ſcende fino alla cintura, e nella poſteriore quella degli Italiani è parimenti quaſi tonda, e quella dei Franceſi è acuminata, e ſi ſtende fino alla polpa della gamba. I loro Converſi veſtono nella maniera ſteſſa dei Sacerdoti; e gli Oblati in vece del cappuccio portano il cappello, ed il loro abito, che parimente è bianco, non ſi eſtende più giù della metà della gamba.

Ac Ricciuni quidem exitu fere ſæculi XVI in Sineuſem regionem veniſſe, tam eſt exploratum, ut revocari iu coutroverſiam a nemine poſſe videatur. At medio fere ſæculo XVI, Gaſparem a Cruce Dominicanum Sinenſibus Chriſtum anuunciaſſe, librumque, cum in Luſitaniam revertiſſet, de ſuo ad Sinas itinere, & Apoſtolatu vulgaſſe, teſtata quoque res eſt. Scio nimium incolas pervicaces, obfirmatoſque in errore, idque taudem obtinuiſſe, ut ille ex Imperio pelleretur. Verum negari non poteſt, quin ejus opera intelligi Catbolicorum nomen in iis regionibus cœperit. Rurſum anno 1590 Johannes Caſtillius, aliique Prædicatores experiri voluerunt; num tempus opportunum veniſſet, quo Sinenſes pertinacia deſiſterent, Chriſtoque aſſentireutur. At ubi portum tenuerunt, interrogati cujates eſſent, cuin ſe ex Europa veniſſe, ut Chriſtum incolis nunciarent, dixiſſent, ad Præſectum adducti, ejuſque juſſu in vincula conjecti, annoque poſt pulſi in exilium fueruut. Atque omnium *Religioſorum* primus, qui Siuice loqui, atque explicare decreta Chriſtianæ religionis Sinenſibus potuit, qui in Philippinas Inſulas appellere ſolerent, Johannes Coboſius Hiſpanus fuit. Sed qui primus Prædicatorum Ordinem in Sinenſi Imperio circa an. 1630 conſtabilierit, Angelus Cocchius fuit Florentinus, qui cum Philippinas inſulas appuliſſet, cognomen a *S. Antonino* Florentinorum Archiepiſcopo cœpit, & *Angelus a S. Antonino* eſt appellatus. Riccius autem, de quo ſupra demonſtratum eſt, ante Cocchium venerat, atque una cum ſociis, quibus poterat modis, Chriſtianam Religionem explicare, introducereque in Provincias cœperat. Rerum autem, quas ibidem geſſerunt, cum Riccius idem certiores ſocios, qui in Europa degebant, feciſſet, vulgatæ 1615 anno, inſequentibuſque non Romæ ſolum, ſed etiam alibi deſcriptiones fuerunt. Contra paullo indiligentiores initio fuere Dominicani. Sed poſt ubi ortæ ſunt de ritibus Sinicis contentiones, quæ pertinebant ad Cocchium ſtudio Navaretti primum, tum opera Aduartii, & Gonzaleſii conſignata ſunt litteris, quorum alter eſt aggreſſus, alter abſolvit Hiſtoriam Provinciæ Philippinæ Dominicanorum.

Jam vero ut Jeſuitæ, & Dominicani, ita aliorum quoque Ordinum alumni in Sinarum regionem vel ab ſuis, probautibus Romanis Pontificibus, vel a Sacra Congregatione de Propaganda Fide miſſi contenderunt, communibuſque ſtudiis elaborarunt, ut magis magiſque Eccleſiæ ibidem novæ conderentur, & quæ fundatæ fueraut, conſtabilirentur, augerique majorem in modum poſſent.

In Bengalenſe regnum, quod ad Gangis oſtia ſitum eſt, ab Luſitanis eſt invecta Chriſtiana religio, atque ita deinceps Dominicanorum, Auguſtinianorum, Jeſuitarum &c. laboribus propagata, ut ſuperiore ſæculo permulti in eo Chriſtiani numerarentur.

Dominicani, & Jeſuitæ, qui gentes barbaras, efferatiſque moribus vivenies manſuetas reddere, Chriſtoque conciliare ſtudebant, cum in Tonquino regno ſuperſtitionem invaluiſſe cognoſcerent, quæ ab ea non admodum diſcreparet, quam Sinenſes colere ſolerent, in illud viros Apoſtolicos mittere dareque operam incolis a cultu idolorum ad veram religionem convertendis decrerunt. Hi magnos laborum fructus deportarunt, plurimiſque perſuaſerunt, eum, qui Decreta Chriſtianæ *fidei* ignoraret, perpetuo periturum.

Tonquinio finitima eſt Cochiuchina. Sunt autem hujus regni incolæ acutis ingeniis, propenſique ad amplectendam Chriſtianam religionem. Ac niſi ſæpe regiis edictis deterriti fuiſſent, perpauci Cochinchineuſes a noſtris ſacris inſtitutiſque alie-

tis Scriptoribus diſtinctum Vindic. Gall. Ven. edit. 1748, cap. V.)

(c)

alieni reperirentur. Nihiloſecius fuerunt ſuperiore ſæculo, ſuntque in eo, proximoque regno, quod Champà vocatur, & Cochinchinenſi Regi paret, permulti, qui noſtris ſe legibus obſtrinxerint, inducti Dominicanorum, Jeſuitarum, aliorumque virorum religioſorum oratione, qui eo ſe introducendæ, dilatandæque veræ religionis cauſa contulerunt.

Ante annos paucos novas Provincias Dominicani detexerunt, in eaſque ſe nunciatum Evangelium contulerunt: cum eorum, qui primi iter eſſent aggreſſi, maximam partem ob ingentes labores, & graviſſima incommoda, interiſſent, ſuffecti alii ſunt, qui non modo Inſulanos, ac potiſſimum Paniquenſes ad Chriſtiana ſacra colenda permoverunt, verum etiam ad parendum Hiſpanorum Regi. In capitulo Generali *Bononiæ* a Fratribus *Ord. Præd.* celebrato an. 1748, quo quidem in capitulo electus cunctis ſuffragiis Antoninus Bremondus Maſſilienſis (vir ſumma & morum integritate, & prudentia, & doctrina, atque eruditione) Magiſter Ordinis fuit, decretum eſt, ut hæc in *Acta pag.* 47, *ſeqq.* referrentur. „ Denuncia-
„ mus, fratres noſtros Sanctiſſimi Roſarii
„ Philippinatum poſt inſtauratas in Nova
„ Segovia quinque Miſſiones, aliamque
„ erectam in Provincia Pangaſinan, ad
„ Inſulas, quas vocant de Batan, Barba-
„ rorum coloniis frequentiſſimas appuliſ-
„ ſe, ſedemque in ea fixiſſe, quæ Calayan
„ appellatur, ubi rudem, ac ſuperſtitio-
„ ſam gentem Chriſtianæ religionis my-
„ ſteriis feliciter imbuendam ſuſcepere,
„ pluribus etiam Apoſtatis ibidem lati-
„ tantibus in Eccleſiæ ſinum reductis . . .
„ Nova iiſdem meſſis oblata eſt an. 1739,
„ plurimarum ſcilicet, variarumque gen-
„ tium, quibus in centro Inſulæ Luzoniæ
„ inacceſſorum montium aſperitate cir-
„ cum ſeptis nullum Evangelii lumen
„ affulſerat. Intentatus aliis, patuit non
„ ſine divino numine Miſſionariis no-
„ ſtris ad eas acceſſus per incredibiles
„ viarum labores, per graviſſima æſtus,
„ & gelu, famis, & ſitis incommoda,
„ per multa demum vitæ pericula, qui-
„ bus tres eorum unius anni ſpatio con-
„ fecti, & deſiderati ſunt. Cæteri autem
„ ſpe contra ſpem zelo fidei agentes, ſu-
„ ſceptæ expeditionis fructum tulerunt, in
„ barbaram illam incultamque nationem
„ penetrantes, ubi nova inſtituta Miſſio,
„ cui titulus S. Crucis impoſitus, facili,
„ & expedito poſteris patefacto itinere a
„ Provincia de Cagayan in Provinciam
„ Pangaſinan commercio imprimis utili,
„ atque animabus Chriſto lucriſaciendis
„ aptiſſimo . . . . Ipſam gentem exlegem,
„ atque efferatam Prædicatoribus uſque ad
„ mortis minas ante obſiſtentem, ſumma
„ induſtria, lenitate, ac patientia ad ra-
„ tionalis primum, politicæque vitæ ratio-
„ nem inſtitutam, mox fidei rudimentis
„ imbutam, ad eam amplectendam ita al-
„ lexerunt, ut deſcendentibus quotidie e vi-
„ cinis montibus Gentilium catervis Evan-
„ gelii prædicationem excepturis, jam plu-
„ rimi eorum religionis Catholicæ jugo
„ colla ſubmiſerint, ſpem certiſſimam fa-
„ cientes, innumerabilem nationem per
„ octoginta, & amplius populos diffuſam,
„ divina gratia cœptum opus perficiente,
„ in unum Chriſti gregem coaliturum “.
Hujus Provinciæ Patribus, cum rebus omnibus, quibus poterant, Cardinalem Tournonium juviſſent, Clemens XI Pontifex Maximus litteras in *forma Brevis* dedit, quibus eis gratias egit, promiſitque fore ut quam gratum Sedi Apoſtolicæ feciſſent, aliquandiu cognoſcerent. Confer *Bullarium Ord. Præd. tom. VI, p.* 494, *edit.* 1734. Vide *P. Fabri S. J. epiſt.* 1, *X. Lettres edif. pag.* 52, *ſeqq.*

In Guinea quoque Dominicani, Jeſuitæ, aliique Evangelium promulgarunt. Auguſtiniani, & Carmelitæ in Madagaſcar magnum numerum Inſulanorum induxerunt, ut doctrinam Chriſti amplecterentur.

tur. Multo majorem deinde Presbyteri, quos *Miſſionum* vocant, quique S. Vincentio a Paulo inſtitutore merito gloriantur.

In Japonia exuſti fuere Dominicani vivi *Franciſcus Moraleſius*, *Alphonſus Mena*, *Angelus Orſuccius*, *Joſephus a S. Hyacintho*, *Hiacynthus Orſanelus* Sacerdotes, & Converſus *Alexius* Japonius. Franciſcani *Petrus Abulenſis*, *Richardus a S. Anna* Sacerdotes, *Leo*, & *Vincentius* Converſi. *Jeſuitæ Carolus Spinula* Sacerdos, & Laici *Sebaſtianus Quimura*, *Petrus Sampus*, *Conſalvus Fuſayus*, *Thomas Acafoxius*, *Michael Kumpius*, *Antonius Kiunius*, & *Ludovicus Cauara*. Sæculares, ut vocant, *Antonius Curejus*, *Lucas Irtites* Japonius, *Paulus* Japonius, & *Antonius Sanga* Catechiſtes. Plexi autem capite ſunt Dominicani *Thomas* ſacerdos, & ex Ordine tertio *Johannes*, Jeſuita laicus *Johannes Giucoga*, ſæculares *Iſabella Fernandeſia*, *Ignatius* hujus filius puer annorum quatuor, *Maria* Andreæ Tocuani martyris vidua, *Magdalena* uxor Antonii Sange Martyris, *Maria* uxor Pauli Martyris, *Catharina*, *Thecla* uxor Pauli Nangaixii, hujuſque filius *Petrus* ætatis annorum ſeptem, *Dominicus Nacavus* Mathiæ martyris filius, *Petrus*, *Notojurna* quinquennis Johannis martyris filius, *Bartholomæus Cavanus*, *Dominicus Vamanda*, *Damianus*, eoque natus *Michael* quinquennis puer, *Thomas Clemens* hujuſque filius *Antonius* puer annorum trium, & *Clara*.

Urbanus Cerrius pag. 108. „ Nelle Iſole
„ Filippine ſtanno ſparſi più di 500 reli-
„ gioſi di varie religioni, Agoſtiniani,
„ Dominicani, Franceſcani, Gesniti, ed
„ Agoſtiniani ſcalzi, ivi chiamati Recollet-
„ ti, riſedendo in diverſe Chieſe, dove
„ non come di Parrochi, ma di dottri-
„ narj inſegnano la dottrina Criſtiana, e
„ vi hanno fatte numeroſe converſioni
„ quaſi di due millioni di anime atten-
„ dendo con ogni diligenza alla propaga-
„ zione della ſede. La principale di que-
„ ſte Iſole è Luzon, nella quale ſta Ma-
„ nila Arciveſcovato, e Città aſſai popo-
„ lata piena di Chieſe, Conventi, Colle-
„ gj, Oſpedali, ed altri luoghi pii. Ne'
„ ſuoi borghi dimorano circa dieci mila
„ Chineſi, che per opera dei detti reli-
„ gioſi ne paſſano continuamente alla fe-
„ de Cattolica, eſſendo gente aſſai inge-
„ gnoſa, dove gli altri abitanti ſono aſſai
„ rozzi, e pigri. Nella medeſima Iſola
„ ſtanno due altri Veſcovati, uno della
„ nova Cazeres oltre quello detto del no-
„ me di Gesù, che ha la reſidenza in un'
„ altra Iſola chiamata Sebù. Sono dalle
„ dette Iſole uſciti in altri tempi diligen-
„ tiſſimi operai per le Miſſioni del Giap-
„ pone, ed ad eſſo paſſano molti Dome-
„ nicani, e Franceſcani anche nella Chi-
„ na ... Le Iſole dei Ladroni ... forma-
„ no una linea retta dal Giappone ſino
„ alla nuova Guinea . . . . Da dieci
„ anni in qua un Geſuita chiamato il P.
„ S. Vittores operò tanto colla Regina,
„ coi miniſtri, e con i ſuoi ſuperiori, che
„ vi fondò una miſſione della ſua religio-
„ ne, quale in breviſſimo tempo vi fece
„ grandiſſimo frutto; ma egli vi reſtò ul-
„ timamente martirizzato con due ſuoi
„ compagni, onde vi furono l'anno paſ-
„ ſato mandati ſei altri Padri in ſoccorſo
„ della Miſſione “. Dominicani, & Franciſcani, Auguſtiniani, Jeſuitæ, & Carmelitæ in id vehementer laborant, ut eos Inſulanos, qui nondum de Chriſto cognorunt, ad veram Religionem adducant.

Urb. Cerri pag. 132. „ Il Regno del
„ Congo è poſto nella Coſta dell' Africa
„ dalla parte di Ponente . . . . Si divide
„ in ſei vaſte Provincie abitate dai Cri-
„ ſtiani, e Gentili . . . . fu convertito
„ queſto Regno alla Fede dai Religioſi
„ Portogheſi circa l' anno del Signore
„ 1490, e gli fu conceſſo un Veſcovo da
„ Clemente VIII, erigendo in Cattedrale
„ la Città Metropoli di quel Regno det-
„ ta dalla Chieſa principale S. Salvatore,
„ e ſottoponendola all' Arciveſcovo di
„ Lisbona “ Vide Cerrium *ibidem*.

Idem ibidem. „ Queſta Miſſione è ſta-
„ ta, ed è di grandiſſimo frutto in quei
„ Re-

„ Regni per la gran Converſione fatta di
„ quei Popoli; quali più volte hanno ſat-
„ to iſtanza, che dalla S. Sede Apoſtoli-
„ ca gli ſi mandaſſero Veſcovi . . . . On-
„ de la Congregazione v' iſtituì una Miſ-
„ ſione dei P. P. Cappuccini, ſotto la
„ quale comprende oltre il detto regno
„ del Congo anche quello di Angola ec.“
Vide Marci de Guadalaxara *Hiſt.* Ponti-
fical y Catholica *tom. V*, *pag.* 477, *ſeqq.*
Quo in ſtatu Innocentii XI tempore Con-
genſis Eccleſia eſſet, explicat ibidem Cer-
rius *pag.* 133. De Dominicanis in Congo
jam uſque ab an. 1490, eorumque labori-
bus, & progreſſu vide & Johannem de
Bairros *Decad.* 1, *lib. III*, *cap. IX*, & Pe-
trum Maffejum Soc. Jeſu *Hiſt. Ind. lib.* 1,
pag. 6, *edit. an.* 1589, & Laſonum l. c.
pag. XXXV, ſeqq. de Ætiopia idem Cer-
rius pag. 122. „ Gregorio XIII, *inquit*,
„ ſpedì al Re Sarzadinghel un Gentiluo-
„ mo di Cappa corta detto Gian Battiſta
„ Britti a invitarlo all' unione della Chie-
„ ſa, ed alla debita ubbidienza. Vi fu
„ poi ſtabilito per Patriarca Latino [illegible]
„ ſonſo Mendez Geſuita, che del 1636
„ fu diſcacciato con tutti i PP. della Com-
„ pagnia per ſoſpetto, che ſi foſſero in-
„ geriti in trattati politici di far occupa-
„ re una fortezza marittima, onde reſtò
„ quella criſtianità affatto deſtituta di Sa-
„ cerdoti Cattolici, e volendovi entrare
„ i Riformati, e Cappuccini, furono in
„ Suachen, ed altrove fatti morire. An-
„ zi il Veſcovo di Criſopoli, che vi fu
„ deſtinato per Vicario Apoſtolico non
„ potè paſſare più avanti del Cairo. Ca-
„ pitò poi nel 1665 in Geruſalemme un
„ Maronita, che ſtato 30 anni in Etio-
„ pia, ragguagliò, che il Padre, il qua-
„ le perſeguitava la noſtra fede, era già
„ morto, e che il preſente ſi moſtrava aſ-
„ ſai inclinato permettendone pubblica-
„ mente l' eſercizio, onde in una Provin-
„ cia di Etiopia vi erano ſopra 30000 Cat-
„ tolici, e nelle Città, dove egli abitava
„ colla ſua famiglia, ne ſtavano da 6000,
„ quali poſſedevano la lingua Portoghe-
„ ſe . . . l' anno 1666 fu decretato (dal-
„ la Sacra Congregazione) ſi rimetteſſe in
„ piedi la Miſſione, e ſi mandaſſe per
„ Vicario Apoſtolico un tal Antonio An-
„ drade nativo di Etiopia . . . . Arriva-
„ ti al porto di Sues diedero parte l' an-
„ no 1669, che la perſecuzione ancora du-
„ rava, ma non col furore di prima. Non-
„ dimeno nel 1671 ſi ebbe avviſo, che
„ i detti Miſſionarj, e Veſcovo erano ſta-
„ ti uccisi per odio della fede, onde re-
„ ſtò quella Miſſione deſtituta . . . Il Car-
„ dinal S. Onofrio fondò un alunnato nel
„ Collegio Urbano: “ Atque acciti qui-
dem aliqui hoc etiam ſæculo fuerunt ex
Æthiopia. Eorum unus, qui in eodem
collegio ſub Clem. XII P. M. fuit, Ro-
mæ etiamnum agit, ac de reditu in pa-
triam cogitat.
Cerrius *ibid. pag.* 135. „ L' anoo 1630
„ fu riferita la converſione dell' Impera-
„ tore di Monomotapa fatta dal P. Alo-
„ yſio dello Spirito Santo Domenicano,
„ quale fece iſtanza alla Congregazione di
„ operaj; onde ne fu ſcritto al Collettore
„ di Portogallo, acciò s' informaſſe della
„ qualità di alcuni Religioſi, e del 1632
„ ne furono mandati dieci dallo ſteſſo Re
„ di Portogallo, poi non ſe n' è ſaputo
„ altro. “
Cerrius *pag.* 128. „ Vi fu dell' anno
„ 1674 fondata una Miſſione di Cappuc-
„ cini ad iſtanza d' una Provincia di Ber-
„ tagna, che riferì aver detti ſuoi Reli-
„ gioſi, capitati con alcuni mercanti in
„ quelle parti trovati quei popoli aſſai
„ docili, e ſenza quaſi niuna religione:
„ onde arrivati i Miſſionarj nel Regno di
„ Borne in detta Guinèa, furono ben ac-
„ colti dal Re, e da tutti quei negri,
„ concedendo loro ſubito uo luogo da e-
„ rigere l' Altare, dove alla ſua preſenza
„ celebrarono. Vanno ivi i detti Padri
„ facendo gran frutto. “ *pag.* 135.
Cerrius *ibid. pag.* 134. „ Dal Fondatore
„ della Miſſione Vicenzo de Paoli furo-
„ no

(*c*). Vid. ſup. Lib. I, Qu. XXXI, Not. a. b.

§. III. Haſce legationes, quibus pro Chriſto hactenus ſemper functi ſunt, & nunc etiam funguntur Monachi, ac Cœnobitæ, quæque vivam ſpirantemque Apoſtolorum imaginem in hiſce Religioſis viris expreſſam nobis exhibent, Proteſtantes eorumque pediſſequi in crimen vocare audent; non enim legationes illas a Monachis Religionis amore, ſed auri cupiditate incenſis ſuſceptas fuiſſe, neque ut Chriſto diſcipulos, ſed ut ſibi ſubditos parerent (*d*). At quis unquam ſibi perſuadeat, homines honeſto loco natos, qui patrimonio ſe ornatiſſimo ſpoliarunt, ut evangelicam paupertatem amplecterentur, quique ſeſe ſuamque omnem voluntatem aliorum permiſerunt imperio, tanta ſubinde habendi, impe- ran-

„ no mandati con facoltà della Congre-
„ gazione otto Miſſionarj, che in poco
„ tempo ne convertirono 5000 alla fede.
„ Fece l' anno 1660 iſtanza il Mareſcial
„ Migliare, che vi ſi ſtabiliſſe un Veſco-
„ vo, eſibendoſi di aſſegnare entrata ſuf-
„ ficiente . . . Vi erano ſtati Agoſtinia-
„ ni, e Carmelitani ſcalzi, e poi n' era-
„ no partiti. " Multis in aliis regionibus cum Africæ, tum Aſiæ Dominicani, Franciſcani, Carmelitæ, Auguſtiniani, Jeſuitæ, Capuccini &c. Religionem Chriſtianam nunciarunt, quorum res geſtas Hiſtorici eorumdem Ordinum complexi ſunt, quos omnes recenſere velle, longa res ſcilicet, atque moleſtiæ plena eſſet.

(c) *Segneri Orat. Panegir. Ordin. Regol.* „ Chi convertì la Francia alla fede,
„ ſe non Remigio? Chi la Svezia, fuorchè
„ Martino? Chi la Teſſandria, fuorchè
„ Lamberto? Chi l' Inghilterra, fuorchè
„ Agoſtino? Chi la Friſia, fuorchè Vil-
„ frido? Chi la Germania, ſe non Boni-
„ fazio, e Lugdero? Chi la Saſſonia, ſe
„ non Suitberto, e Villebrordo? Chi la
„ Boemia, ſe non Cirillo, e Metodio?
„ Chi la Dacia, ſe non Aſcario? Chi la
„ Pomerania, ſe non Ottone? Chi la Van-
„ dalia, ſe non Vicellino? Chi la Panno-
„ nia, chi i Ruſſi, chi i Lituani, chi i
„ Moſcoviti, e chi maſſimamente i Po-
„ lacchi, fuorchè Adalberto? Queſti, che
„ fur tutti di Ordine Monacale, queſti
„ fur quei, che ſottentrarono animoſa-
„ mente agli Apoſtoli nella travaglioſa
„ conquiſta dell' univerſo. " E poco dopo ripiglia il Panegiriſta:

„ Non voglio ora favellare dell' Ibernia
„ convertita già da un Canonico Regola-
„ re, qual fu Patrizio; non della Tarta-
„ ria, di cui ſe ne deve tanto agli allie-
„ vi del gran Domenico; non della Per-
„ ſia, di cui ſe ne riconoſce tanto dai
„ figliuoli del gran Franceſco. Dite: Tut-
„ to l' acquiſto del Mondo nuovo, quan-
[illegible] egli è grande, non è gloria de' Men-
„ dicanti? Che ſe qualche onore ha reca-
„ to ancora alla Chieſa il ricevere Am-
„ baſciatori fino dagli ultimi termini del-
„ la terra, dal Giappone già ſconoſciuto,
„ dalla Cina già inacceſſibile, è ſtato pur
„ ciò fatica della mia minima Compa-
„ gnia di Gesù, la quale ſe meno adulta
„ di età, e ſe men fiorita di numero ha
„ oprato tanto, che avranno fatto inſie-
„ me tanti Ordini più popolati, più an-
„ tichi, più riguardevoli, che ſon que-
„ gli, i quali a guiſa di eſerciti veterani
„ ſono a lei ſtati e d' incitamento, e d' e-
„ ſempio alla belle impreſe. "

(d) *Mosbem. Hiſt. Eccl. Sæc. XVII, Sect. I*, §. 19. Honori potius, potentiæ & divitiarum amori, quam *Chriſto* ſervire malunt, ingentemque auri vim ex provincia *Paraguay*, ſeu *Paraguaria*, aliiſque colligere, & ad Europam ad ſuos mittere dicuntur.

(e)

randique cupiditate incitatos, ut nullis vitæ periculis, nullo capitis diſcrimine, nullis tyrannorum minis ab hac re revocari, aut retardari potuerint? At qui fit, ut neque oblata divitiarum, opum, honorumque conditione a propoſito dimoveri potuerint, ſed ſanguinem potius, vitamque profundere maluerint (*e*), quam ſuæ Religionis officium violare, atque imminuere? Non igitur avaritia, aut ambitio, ſed Religionis vis tantum illis inſpiravit ardorem, ut nullis laboribus, nulliſque periculis deterriti Chriſtianæ fidei lumen ad omnes terrarum partes propagarent.

QU.

(e) *Moshem. ibid.* §. 16. Abſumpſit horribilis hæc tempeſtas innumerabilem turbam hominum, omnis generis, ſexus, ætatis, & ordinis, qui exquiſitiſſimas inter cruciatus mori, quam fidem ſemel *CHRISTO* datam violare maluerunt. Et ſiquid vel a Jeſuitis, vel ab adverſariis eorum in agenda *JESU CHRISTI* cauſa peccatum fuit, id ſanguine quodammodo ſuo expiarunt. Plerique enim conſtantiſſime, nonnulli etiam hilari, & læto animo, pro *CHRISTO* excarnificandos ſe ſe præbuerunt.

Complexus eſt concinne longum hoc negotium Diſſertatione ſexta earum, quas *Hiſtoriæ Japonicæ* ſuæ ſubjecit, *Engelb. Kaempherus* §. 4, 5, *p.* 64, 75, edit. Anglicæ. Æquum tamen erit eum quoque audire, qui rem longius ita narravit, ut nihil eorum omiſerit, quæ ad Jeſuitas excuſandos valent, *Domin. Charlevoix Hiſtoire generale de Japon Tom. II, Lib. XII, p.* 136, 5. Reliquos ſcriptores nominat *Jo: Alb. Fabricius Luce Evangelii toti orbi exoriente cap. XL, p.* 678. *Adde Acta Sanctorum Tom.* I *menſ. Februarii p.* 723, 5. ubi cum Hiſtoria conditæ Eccleſiæ Japonicæ traditur, tum vita, & mors eorum, qui primi a Japonibus Chriſtianæ Religionis cauſa cæſi ſunt, refertur.

QU. XXII.

Ubinam noſtris temporibus illa Martyrum fortitudo, atque conſtantia, quæ priora Eccleſiæ ſæcula tantopere illuſtrarunt?

§. I. MAximam tribus primis Eccleſiæ ſæculis Martyrum multitudinem claruiſſe, qui Chriſti fidei ſanguinem ſuum largiti ſunt, tot tamque certa teſtimonia, ac monumenta evincunt, ut permirum videatur, extitiſſe homines (*a*) frontis tam perfrictæ, qui id non ſolum in

(a) Potiora argumenta, quæ Dodwellus Diſſert. XI Cyprianica attulit pro paucitate Martyrum in primævis Chriſtianorum perſecutionibus excutiamus. *Si tot olim*, ait §. 5, *fuiſſent, quot putantur martyres, ſupereſſent hodieque a probatis illorum ſæculorum monumentis eorum ſaltem nomina*. Etenim, ut loquitur idem Dodwellus §. 3, *adeo ſedulos fuiſſe* in martyrum *geſtis memoriæ tradendis veteres*, ut nihil illos fere fugerit, *diſcimus* ex Cypriano, & Pontio. At Dodwellus ipſe defenſionem præbet ſubjiciens e veſtigio: *Niſi in* Diocletiani *fortaſſe perſecutione, quæ ſcripta Eccleſiaſtica exhauſit*, teſte Euſebio lib. 8, cap. 2, *illa monumenta perierunt*. Et quidem *omnes Scripturas in Diocletianea perſecutione miſerum naufragium feciſſe*, conſentiunt viri doctiſſimi. Quin etiam ante Diocletiani perſecutionem extremo lib. 4 adverſus Gentes pag. 152 illis exprobrat, quod *noſtra ſcripta ignibus darent*. Qua item de re conqueritur Prudentius *περὶ στεφάνων* Hymno I in honorem Sanctorum Martyrum Erveterii, & Chelidonii, quorum martyrii acta Ethnici ſuppreſſerant, ne *ordinem, tempus, modumque paſſionis* poſteri cognoſcerent, & ad mortem pro Chriſto alacriter ſubeundam excitarentur. Quod igitur paucorum martyrum nomina legantur in antiquis indubiæ fidei monumentis, non ideo eſt inficiandum fuiſſe multos, qui in primævis Eccleſiæ perſecutionibus vitam Chriſto reddiderint; *Cum non paſſi gravius martyres, quam eorum hiſtoriæ videantur*. Præterea animadvertendum eſt, *Martyrum alios ſolemnes fuiſſe, alios non fuiſſe*. Solemnes *eos dicimus, qui ſecundum formulam a Legibus conſtitutam, præmiſſa interrogatione, triſti, a judicibus lata ſententia, morti mittebantur. Talis Martyr Cyprianus, teſte Pontio in ejus vita pag.* 15. Subito Proconſuli nunciatus eſt, producitur, admovetur, interrogatur de ſuo nomine, ſe eſſe reſpondit. Legit itaque de tabula ſententiam. *Talis Martyr Apollonius*. Qui, ut eſt apud Euſebium lib. 5, cap. 21, elegantiſſima oratione pro defenſione fidei ſuæ coram omnibus pronunciata, capitali ſupplicio a Senatu damnatus eſt. „ Martyrum ejuſmodi ab oblivione vindicari potuiſſe nomina concedimus, ſive ex Actis Judicum, ſive ex tabulis Chriſtianorum.

„ Qui

in dubium vertere, ſed etiam infi- ciari auſi ſint. Horum amentiam, at-

„ Qui vero populorum furore immolati „ Martyres, eorum nomina ex Actis Ju- „ dicum peti non poterant. De hiſce Mar- „ tyribus, qui nulla Magiſtratuum ſen- „ tentia perierunt, legimus in Dionyſii „ Alexandrini epiſtola apud Euſebium lib. „ 6, cap. 41. “ Ab hoc igitur homine ſtimulati, omnemque ad patranda ſcelera licentiam nacti, hanc ſolam pietatem cultumque Dæmonum ſuorum exiſtimabant, ſi cædibus adverſus nos ſævirent. „ Quin „ etiam cum exultantem tyrannorum fu- „ rorem nullæ reprimunt juris habenæ, ac „ immiſſis ubique percuſſoribus, miſta ſe- „ num, & juvenum, mulierum, & viro- „ rum denſantur funera, nulla ſive Kalen- „ daria, ſive Judicum, Acta Martyrum „ nomina commendare poſteris. “

Sed de paucitate *primævorum Martyrum*, ſubjicit §. 7, Dodwellus, *diſertiſſimum habemus* Origenis *teſtimonium. Pauci*, inquit, *per intervalla temporum & facile numerabiles pro Chriſtiana religione mortem obierunt*. Reſpondeo, Origenem his verbis hoc ſolum ſignificare, quamvis in Chriſtianos ſævitum fuerit crudeliſſime, Chriſtianos tamen omnes deleri non potuiſſe, paucoſque revera pro Chriſto morte affectos, ſi cum iis comparentur, qui ſuperſtites fuerunt: quoniam *eorum gentem prorſus extingui numquam permiſit Deus*. Nimirum id probare Origenes contendit, *Chriſtianos ſuos ſeditioni*, quod Celſus ajebat, *acceptam non referre originem*. Probat autem hac ratione. *Neque enim Chriſtiani ſuam a ſeditione ducentes originem Leges admiſiſſent ita pacificas, ut propter eas factum fuerit, ut veluti oves interficerentur, nec per eas liceret de perſecutoribus ſumere ſupplicium*. Porro Chriſtianos *benignam illam manſuetamque legem* conſervantes a perſecutoribus tutatus eſt Dominus, qui tamen, ut alii *videndis paucis pro pietate certantibus firmiores fierent mortemque ſpernerent*, paucos per intervalla temporum & facile numerabiles excitavit ad mortem pro Chriſtiana religione obeundam, reſervatis pluribus, per quos voluit *univerſalem terram ſalutari illa doctrina repleri*. Dicit igitur Origenes, paucos pro Chriſto obiiſſe reſpectu plurimorum, quos Deus ex perſecutionibus ad Chriſtianam doctrinam propagandam reſervavit. Namque Origenem admiſiſſe Martyrum multitudinem certum eſt ex verbis, quæ in ejus libro 2 contra Celſum leguntur.

Urget Dodwellus §. 8, primum ajens: „ Lactantium de mortibus perſecutorum, „ paucos ante Diocletianum in eo perſe- „ cutorum albo recenſuiſſe, Neronem dum- „ taxat, Domitianum, Decium, Valeria- „ num, atque Aurelianum: *deinde negans* „ edictis illos in Chriſtianos ſæviſſe, ut „ proinde multi eſſe nequeant, qui horum „ Imperatorum auctoritate perierint, & „ qui illis temporibus Martyrium paſſi „ ſint, vel Præfectorum provincialium edi- „ ctis, aut plebium in theatro clamoribus „ paſſi intelligantur. “ At Lactantius ut patet ex titulo ipſo, atque contextu Libri, eos tantum Imperatores recenſet, qui ob vexatam Eccleſiam, & *juſtos excarnificatos, cæleſtibus plagis, & cruciatibus meritis nocentes animas profuderunt*. Quare Trajano & Antoninis, qui obierant mortem placidam, prætermiſſis, quinque Imperatores illos tantum commemorat, quos Deus Perſecutorum Eccleſiæ ſuæ vindex, morte turpi, ac fœda multavit. Neque vero ex ſolis Imperatorum, aut Præfectorum Provincialium edictis, aut plebium in theatro clamoribus ſævitum eſt in Chriſtianos, ſed multo maxime ex præſcripto Legum Romanarum, quibus externa atque aliena religio quælibet vetabatur, ideoque etiam Chriſtiana, quæ & externa erat, & cuilibet religioni alii tamquam impiæ, atque perverſæ contraria. Itaque Origenes extrema hom. 9 in Librum Joſue: *Convenerunt*, inquit, *Reges terræ, Senatus populuſ-*

atque audaciam (ne per decem il- las, quas primæva Eccleſia pertulit per-

Iuſque Romanus, *ut expugnarent nomen Jeſu, & Iſrael ſimul. Decreverunt enim legibus ſuis, ut non ſint Chriſtiani*. Tertullianus quoque in Apologetico adverſus Gentes cap. 37: *Quoties*, ait, *in Chriſtianos aeſævitis partim animis propriis, partim legibus obſequentes?* His legibus ſi nova accederent edicta Imperatorum; tunc maxime Chriſtiani vexabantur. Novis tamen Imperatorum edictis opus non fuiſſe ad Chriſtianos vexandos, conſtat ex celebri Epiſtola Plinii Secundi ad Trajanum, qua ille *cum provinciam regeret*, licet nullum eſſet edictum Trajani, ut contendit Dodwellus §. 8, *Damnatis* tamen *quibusdam Chriſtianis*, *quibusdam gradu pulſis*, *ipſa* demum *multitudine perturbatus*, *quid de cætero ageret*, *conſuluit Imperatorem*. Imperatorum autem edicta adverſus Chriſtianos non fuiſſe rara, & pauca, indicat apud Lactantium Domitius, qui librum neſariis hujuſmodi ſcriptis complevit.

Tranſit hic Dodwellus ad perſecutiones, conaturque eas imminuere, ut copiam martyrum imminuat. Primam Neronis perſecutionem, ait §. 13, „ Non aliorum certe „ Chriſtianorum illam eſſe potuiſſe perſe„ cutionem, quam eorum, qui Romæ ver„ ſarentur. *Siquidem* in illos, qui Roma „ aberant, nulla erat vel ſpecie tenus ve„ riſimilis ratio, cur intentaretur Urbis in„ cendium. Sed levis hæc ratio, *reſpon„ det Pagius ad an.* 64, §. 4, & 6. Ne„ ro quippe, non vero Chriſtiani, auctor „ incendii, ideoque edictum non tantum „ ad Chriſtianos Romæ agentes vexandos, „ ſed ad univerſam Sectam per Imperium „ Romanum abolendam emiſſum, ut ex „ his Lactantii *lib. de mortibus Perſecu„ torum cap.* 2, verbis intelligimus: “ Cum animadverteret (*Nero*) non modo Romæ, ſed ubique quotidie magnam multitudinem deficere a cultu idolorum, & ad religionem novam damnata vetuſtate tranſire, ut erat exſecrabilis ac nocens tyrannus, proſilivit ad exſcindendum cœleſte templum. „ Hæc itaque perſecutio non „ localis, ſed univerſalis fuit. Nec refert, „ quod Tacitus de iis, quæ in Provinciis „ adverſus Chriſtianos geſta, ſermonem „ non habeat: cum Svetonius *in Nerone „ cap.* 16, perſecutionem ad Urbem Ro„ mam non reſtringat: “ Affecti ſuppliciis Chriſtiani, genus hominum ſuperſtitionis novæ, ac maleficæ, *inquit Svetonius. His adde Oroſium lib. 9 ſcribentem*: Denique omnibus flagitiis ſuis hoc etiam addit, (*Nero*) quod primus Romæ Chriſtianos ſuppliciis & mortibus affecit, ac per omnes Provincias pari perſecutione excruciari imperavit. Ipſum quoque nomen extirpare conatus, beatiſſimos Apoſtolos Petrum cruci affixit, Paulum capite gladio ſecuit: „ Quod Martyrium anno ſe„ quenti contigit, ideoque perſecutio, quæ „ hoc anno Romæ cœpit, intra illud tem„ pus in alias Provincias propagata &c. „ Denique cum, Sulpicio Severo lib. 2 „ Hiſt. Auguſtino lib. 20 de Civitate Dei, „ cap. 16, & Lactantio lib. de Mortibus „ perſecutorum cap. 2, teſtibus, Fideles „ olim exiſtimaverint, Neronem Antichri„ ſtum in fine Mundi futurum ob perſe„ cutiones, quarum ipſe initium fecit; „ liquet, eum non tantum in Romanos, „ ſed etiam in alios aliarum regionum „ Chriſtianos furorem ſuum exercuiſſe: quod „ eo magis certum, quod per Domitia„ num ſecundum Eccleſiæ perſecutorem, „ Imperatores, qui Chriſtianos extermina„ re voluere, nova plerumque edicta ad„ verſus eos non emiſerint, ſed ea Nero„ nis, ac Domitiani vim habere præcepe„ rint, ut inter omnes convenit. “

Secundam perſecutionem excitatam a Domitiano adeo brevem fuiſſe vult Dodwellus §. 16, *ut vix unum annum implere potuerit*. Aſſerit enim ex Brutii verbis apud Euſebium lib. 3 Hiſt. Eccl. cap. 18, Chriſtianos nonniſi anno Chriſti 95 a Domitiano vexatos; quia videlicet ejus Principatus anno quintodecimo, qui eidem an-

Digitized by Google

anno Chriſti 95 reſpondet, Flavia Domitilla Flavii Clementis tunc Conſulis ex ſorore neptis, ob confeſſionem Chriſti in inſulam Pontiam deportata eſt, & anno inſequente die 18 Septembris occiſus Domitianus, cum anno ſuperiore die 13 ejuſdem menſis Tribunitiam poteſtatem iniiſſet. Addit ex Tertulliano, Domitianum ſe ad cruciatus quidem progreſſum eſſe, nedum ad cædem. Sic enim ille ſcribit Apologetici cap. 5. *Tentaverat & Domitianus, portio Neronis de crudelitate, ſed qua & homo facile cœptum repreſſit, reſtitutis etiam, quos relegaverat.* Tentavit *itaque dumtaxat, non item* Cæſariano, *quod fecit Nero*, gladio ſeviit. „ Sed non aſ-
„ ſentitur *Pagius ad an.* 90, §. 6, & 7,
„ quia ideo Brutius, cujus liber periit,
„ perſecutionem cum anno XV Domitia-
„ ni junxit, quia tunc maxime graſſata
„ eſt, ipſeque Flavius Clemens vix depo-
„ ſito Conſulatu ordinario occiſus, & Do-
„ mitilla ejus neptis in inſulam Pontiam
„ deportata. Quæ utpote magis illuſtria a
„ Brutio anno Domitiani XV, quo acceſ-
„ ſere, conſignata. Ex quo male infer-
„ tur, Domitianum in Chriſtianos non ſæ-
„ viiſſe; præſertim cum Hieronymus tra-
„ dat, Joannem Evangeliſtam anno Do-
„ mitiani XIV in oleum igneum conje-
„ ctum eſſe. Quia vero perſecutio Domi-
„ tianea Neroniana minor fuit, de ea lo-
„ quitur Tertullianus quaſi prioris tantum
„ adumbratio fuiſſet, non quod multi oc-
„ ciſi non fuerint, ſed quod non tantæ
„ adverſus eos crudelitates exercitæ. Quod
„ ſi Tertullianus de relegatis tantum lo-
„ quitur, factum id, quia eoſdem Domi-
„ tianus ante mortem reſtituit. " Præterea Domitianus, ut eſt apud Baronium ad an. 93, §. 3, ab Ethnicis Nero appellatus eſt, Nerone ſævior a Tacito, portio Neronis a Tertulliano ob cædes nimirum ejus juſſu factas; adeo falſum eſt, excitatam ab eo perſecutionem cruentam non fuiſſe.

Quartam perſecutionem, quæ ſub Hadriano ſæviiſſe dicitur, ita oppugnat Dodwellus §. 28. Antonino Pio *ut* pacem Chriſtianis *impetraret*, Hadriani *nomine uſus eſt, qui vixit ſub* Hadriano S. Juſtinus *Martyr: qua fronte uſurus, ſi & ipſe fuiſſet perſecutus?*

Nimirum Hadriani nomine uſus eſt Juſtinus Antonino Chriſtianis propitiando, non quod Hadrianus Chriſtianos numquam inſectatus eſſet, ſed quod eos numquam damnaſſet ſine inquiſitione diligenti, & haud ſervatis judicii legibus. „ Siquidem
„ refert Juſtinus, Imperatorem Hadrianum
„ acceptis a viro clariſſimo Serenio Gra-
„ niano Proconſule litteris, quibus mone-
„ bat, iniquum videri, Chriſtianos nullo
„ objecto crimine, tumultuoſis vulgi cla-
„ moribus gratificandi ſtudio, indicta cau-
„ ſa occidere; reſcripſiſſe Minutio Funda-
„ no Aſiæ Proconſuli, ne quis poſthac ſi-
„ ne objectu criminis, & legitima excu-
„ ſatione condemnaretur. " Quæ Euſebii verba indicia ſunt perſecutionis *ardentis*, quod negat Dodwellus §. 31. Ad hæc Juſtinus agens de converſione ſua, quam contigiſſe Hadriano imperante certum eſt, dicit ſe Chriſto nomen dediſſe, quod *audiret, calumnioſe Chriſtianos deferri, intrepide autem ad mortem, & alia, quæ terribilia eſſe cenſentur omnia, adire conſpiceret*. Ex quibus colligitur, etiam ſub Hadriano Martyres claruiſſe.

Quinta ſæviente perſecutione *tantam* non *fuiſſe, quantam innuit* Euſebius, *Martyrum multitudinem ex ipſa* Euſebii *hiſtoria colligit* Dodwellus §. 43. *Nec enim multos ille recenſuit, nec vero admodum multos ſignificat a ſe eſſe prætermiſſos*. Concedo Euſebium haud multos Martyres recenſuiſſe, nego autem, eumdem ſignificare, non admodum multos ab ſe eſſe prætermiſſos. Primum verum eſt, quia primarios tantum Martyres nominavit, cum ad ejus tunc inſtitutum non pertineret de omnibus ſingillatim Chriſtianis in hac perſecutione interfectis narrare: *Nam collectionem de Martyribus ſejunctim ab Hiſto-*

perſecutiones (*b*) percurramus) una Sancti Irenæi, atque Clementis Alexandrini franget auctoritas. *Eccleſia omni in loco*, inquit ille Lib. IV adverſus Hæreſ. cap. 33, *ob eam, quam habet erga Deum dilectionem, MULTITUDINEM MARTYRUM in omni tempore præmittit ad Deum*. *Nobis ſunt*, ait hic Lib. II Strom. pag. 414, *quotidie redundantes Martyrum fontes, qui noſtris ſpectantur oculis, qui torrentur, torquentur, & capite truncantur*. Quid plura, ut & nos teneamus, quod omnes Catholici tot retro ſæcu-

cu-

---

ria compoſuiſſe, manifeſte liquet tum ex lib. 4, cap. 14, *ubi de S. Pionio lectorem plura cupientem ad proprium Opus* De Veterum Martyriis *delegat: tum* lib. 5, c. 21, *ubi de Apollonio Senatore agit*, qui capitali judicio a Senatu damnatus fuerat. Alterum eſt falſum, quia Euſebius, cujus verba ſuperius poſita ſunt, aperte tradit, *per omnes ubique locorum Eccleſias ab athletis pro pietate certantibus illuſtria eſſe confecta Martyria*. Cum Euſebio facit auctor Chronici Paſchalis ſeu Alexandrini pag. 213. *Severus dum Alexandriæ moratur, contra Chriſtianos perſecutionem excitavit, in qua complures ex Alexandria, Ægypto & Auguſtamnica, atque adeo uſque ad Thebaidem pro Chriſto Martyrium ſubiere*.

Intentatam dumtaxat *ab Aureliano* perſecutionem, *non item* executioni *mandatam*, ſtatuit Dodwellus §. 64, quia *id ſatis manifeſte indicant Scriptores illis temporibus proximi*, Lactantius, & Euſebius. Hic enim ita loquitur de Aureliano in extremo cap. 30, libri 7 Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. *Proceſſu vero temporis aliter de nobis ſentiens, quorumdam conſiliis cœpit impelli, ut perſecutionem adverſus noſtros commoveret. Jamque ea de re multus ubique rumor ſpargebatur. Sed eum paratum jam, & compoſitis contra nos edictis, ut ita dixerim ſubſcribentem ulta eſt Divina juſtitia, quaſi conſtricto cubitu conatum ejus reprimens, ſimulque omnibus apertiſſime oſtendens, nihil umquam hujus mundi Principibus adverſus Chriſti Eccleſias licere, niſi propugnatrix Dei dextera arcano quodam, ac cœleſti judicio ad caſtigationem, & emendationem noſtram, quibus ipſi viſum & temporibus id fieri permiſerit*. Ex his iſta colligit Dodwellus: *Nondum igitur perſecutionem* excitaverat, *vixdum etiam* ſubſcripſerat *edictis, cum a Deo punitus eſt*. *Verum Euſebius*, ut eſt apud Pagium ad an. 272, §. 7, *non negat, perſecutionem ab Aureliano reapſe excitatam: ſed per exaggerationem, & oratorie loquitur, ut ſæpe in ſua Hiſtoria, & Vita Conſtantini, ideoque in Hiſtoria non retractat, quod jam in Chronico ſcripſerat. Eum rethorice locutum duo demonſtrant. Primum*, edictis ut ita dixerim ſubſcribente ulta eſt divina juſtitia. *Nota hæc verba*; ut ita dixerim. *Secundum*, quaſi conſtricto cubitu conatum ejus reprimens, *ex Verſione Valeſii*. *Quare Euſebius contrarius non eſt Lactantio, qui prodit perſecutionis decretum reipſa emiſſum fuiſſe, ſed antequam ad ulteriores Imperii Provincias perlatum eſſet, Aurelianum interiiſſe*. *Ipſemet* Euſebius *conſervavit orationem Conſtantini Magni ad Sanctorum cœtum, ubi hic Imperator in cap. 24, quod inſcribitur*, De Decii, Valeriani, & Aureliani calamitoſo vitæ exitu ob perſecutionem Eccleſiarum, *Aurelianum ita alloquitur*: Tu etiam, Aureliane, omnium ſcelerum incentivum, cum in Thraciam quaſi operto marte & inſano mentis impetu ferebaris, in media via cæſus, orbitas in via impreſſas impio cruore complevisti. *Quod ſi minas tantum Aurelianus intentaſſet, nullumque Chriſtianum ſanguinem fudiſſet, eum inter ſæviores Eccleſiæ perſecutores Conſtantinus non recenſuiſſet. Quare Euſebio in mentem venire non potuit, ab Aureliano nullam reapſe perſecutionem excitatam eſſe*.

(b) Nero *primus omnium perſecutus*

et

culis pro certo habuerunt, nimirum primævam Eccleſiam de ingenti Martyrum multitudine jure, ac merito gloriari?

§. II. Noſtris hiſce ſæculis deeſt ſane tanta illa Martyrum multitudo, ſed quia deeſt tyrannica ſica, ac minæ, non vero quod deſit eadem fortitudo, atque conſtantia. Viget etiam nunc in plurimorum Chriſtianorum mentibus excelſa illa, atque invicta in periculis pro Religione adeundis, cruciatibus perferendis, ac morte ſubeunda animi vis, robur, ac firmitas, ſtatim emicatura, cum ante Tyranni conſpectum prodire juſſi fuerint. Emicuit illa altero elapſo ſæculo in Galliarum Monachis, ac Regularibus, quorum (ut in ea Oratione, quam in Concilio Tridentino pro Religioſis Ordinibus habuit, Cardinalis Lotharingius teſtatus eſt) tria & amplius millia paucorum menſium intervallo teterrimis Calvinianis facibus caput ſuum, quam ſuam fidem devovere maluerunt. Emicuit in bis centum Religioſis Britanniæ viris, qui una cum Cardinali Fiſchero, & Thoma Moro Magno Cancellario magis vitam cum morte, quam Religionem cum Reipublicæ ſtatu commutare voluerunt. Emicuit hoc ineunte ſæculo apud Batavos in S. Benedicti, S. Dominici, ac S. Franciſci

eſt Dei ſervos, (Lactantius De mortibus Perſecutorum cap. 2, pag. 39.) quorum *multitudo ingens quæſitiſſimis pœnis affecta* periit (Tacitus Annal. lib. 15, cap. 44.). Non ſolum enim *Romæ*, ſed etiam *per omnes Provincias ipſum* Chriſtianorum *nomen exſtirpare conatus eſt.* (Oroſius lib. 7, cap. 7, pag. 473. Vide Annotat. 15 ad S. Petrum in Vitis Pontificum) *Secundus poſt Neronem Domitianus Chriſtianos perſequitur, & ſub eo ſcribit Brutius plurimos Chriſtianorum feciſſe martyrium*. (Euſebius in Chronico ad an. Dom. 96, pag. 164, & 165.) *Tanta porro & tam gravis pleriſque in locis adverſus noſtros perſecutio* tertia ſub Trajano *ſæviebat, ut Plinius ſecundus inter Provinciarum rectores celeberrimus, motus Martyrum multitudine, ad Principem retulerit* (lib. 10, epiſt. 97.) *de numero eorum, qui fidei cauſa obtruncabantur*. (Euſebius lib. 5 Hiſt. Eccl. c. 33.). Hadriani *perſecutionem*, quam alii quartam, alii tertiæ appendicem faciunt, *graviſſimam* fuiſſe, ſcribit S. Hieronymus epiſtola 70 ad Magnum, ſimul ſcribens ab eo poſtea ſedatam, perſuadente Quadrato. *Cum vero Severus perſecutionem* quintam *adverſus Eccleſias excitaſſet, per omnes quidem ubique locorum Eccleſias ab athletis pro pietate certantibus illuſtria ſunt confecta martyria* (Euſebius lib. 6 Hiſt. Eccl. cap. 1, & cap. 2.). Et quidem *adeo commota tunc adverſus noſtros perſecutio multorum animos vehementer perturbaverat*, ut Judas ſcriptor coævus *decantatum illum Antichriſti adventum jam tum imminere exiſtimaverit* (Apud eumdem Euſebium, lib. 6 Hiſt. Eccl. cap. 7.). *Sexta perſecutione tribus annis a Maximino commota*, (Euſebius Hiſt. Eccl. cap. 10) *non modo Præſules, ſed & Clericos Eccleſiarum ab eo vexatos Severus tradit* Lib. 2 Hiſt. ſacræ cap. 32. Baronius ad annum 273, §. 5. Septimus, *qui vexaret Eccleſiam, exiſtit exſecrabile animal Decius. Et quaſi rei hujus gratia provectus eſſet ad illud principale faſtigium, furere protinus contra Deum cœpit* (Hieronymus de viris illuſtribus cap. 54, pag. 881, tom. 2.). *Non multo poſt Valerianus quoque non diſſimili furore correptus, impias manus in Deum intentavit: & multum, quamvis brevi tempore, juſti ſanguinis fudit* (Lactantius De mortibus Perſecutorum cap. 4, & 5, pag. 56,

Digitized by Google

ciſci alumnis (*c*), qui potius hanc ſuaviſſimam lucem deſerere, quam tranſubſtantiationis Myſterio renuntiare duxerunt. Emicat præſenti tempore apud Francos tum in Epiſcopis, Clericis, pluribuſque Regni Proceribus, ac civibus, tum præcipue in Cœnobitis, qui prius a patria, atque a ſuorum complexu, quam ab Eccleſiæ Romanæ ſinu ſeſe avelli patiuntur.

Quid vero omnes eos commemorem Regulares viros, quos Evangelicæ lucis ad Japonas (*d*), Siocntes, Bengallenſes, Malabaros, Tonquinenſes, Siamnenſes, alioſque novi orbis populos propagandæ ſtudium devovit, atque ad mortem pro Chriſtiana fide oppetendam impulit? Facerem id libentiſſime, ſi ut orationis initium, ita etiam exitum facile eſſet invenire. (Vid. ſup. Quæſt. XXI, §. 2, N. b. c.) Vide catalogum Regularium, & Sæcularium, qui in Japoniæ regnis uſque a fundata ibi a S. Franciſco Xaverio gentis Apoſto-

lo-

56, & 58.). Aurelianus item *nonus a Nerone* (Osius lib. 7, extremo cap. 23,) *iram Dei crudelibus factis laceſſivit* (Teſte Lactantio de mortibus Perſecutorum cap. 6, pag. 64.). Tot denique Catholicæ Fidei profeſſores martyrio coronatos Cœlo inſeruit decima perſecutio anno Criſti 303, ab Diocletiano decreta, & per *annos decem; menſes plus minus quatuor* propagata, ut vel inde ſolum poſſit Eccleſia de ingenti Martyrum multitudine jure, ac merito gloriari. Etenim furente Diocletiano *omnis ſexus & ætatis homines ad exuſtionem rapti. Nec ſinguli, quoniam tanta erat multitudo, at gregatim circumdato igni ambiebantur. Vexabatur univerſa terra; & præter Gallias ab Oriente uſque ad Occaſum tres acerbiſſimæ beſtiæ* (Diocletianus, Maximianus Herculeus, & Galerius Maximianus) *ſæviebant* (Lactantius de mortibus Perſecutorum cap. 15, & 16, pag. 118, & 122.) prorſus ut *dici non poſſit, quot, & quantos Chriſti Martyres in omnibus locis, atque Urbibus paſſim cernere licuerit.* (Euſebius lib. 8 Hiſt. Eccl. extremo cap. 4.)

(c) *Benedictus XIV de S. D. B. & B. C. Lib. 7, cap. XXIV, pag. 99, n.* 10. Sexta ſolemnis Beatificatio fuit novemdecim Martyrum Gorcomienſium; undecim videlicet Ordinum FF. Minorum S. Franciſci, Nicolai Pichi Gorcomienſis Guardiani, Hieronymi Werdani Vicarii, Theodorici Emdeni Amersfortii, Nicaſii Joannis Hezii, Willeadi Dani, Godefridi Mervellani, Antonii Werdani, Antonii Hornarienſis, Franciſci Rodii Bruxellenſis Sacerdotum, necnon Petri Aſcanii, atque Cornelii Vicarii Laicorum: & aliorum octo, nempe Joannis Sacerdotis Ordinis Prædicatorum, Hadriani Bellani, ac Jacobi Lacopii Aldenardenſis Ordinis Præmonſtratenſis, Joannis Oſtervicani Canonici Regularis Ordinis S. Auguſtini, nec non Leonardi Vecchellii Buſcoducenſis, Nicolai Popelli Weldani, Godefridi Dunei Gorcomienſis, & Andreæ Walderii Sacerdotum, & Parochorum Sæcularium: hæc ſolemnis Beatificatio expleta die 9 Junii 1672.

(d) Bernardus Varenius homo de Proteſtantium quidem numero *lib. de Japonior. religione, de Chriſtianæ Religionis introductione in ea loca, deque ejuſdem Extirpatione edit. Amſtelod. an.* 1649, ſcribit hoc modo: „ Afferamus, *inquit*, „ (*pag.* 160, *ſeqq.*) Belgarum (qui Re„ formatæ, non Pontificiæ fuerunt Reli„ gionis, nequis fidem deroget his, quæ „ afferuntur) hac de re ſcripta, deinde „ de cauſis videbimus. Deſcriptioni Japo„ niæ auctore Caronio adjunctum eſt ſcri-

„ ptum

lo Eccleſia ab Ethnicis in odium fidei ſub quatuor Tyrannis violenta morte ſublati ſunt, Edit. Rom. an. 1646, pag. 76, & Dominici Marchefii Diarium Dominicanum ad diem 29 Septembris pag. 172, ſeqq. Tom. V, edit. 1679. (e).

QU.

„ ptum cujuſdam nomine, Rejeri Geſyberts, qui *anno* 1622, *& ſeqq.* procurandi commercii nomine Belgicæ Societatis in Japoniæ urbe Nangeſacque vixit. Illius titulus hic eſt: *Hiſtoria Martyrum, qui in Japonia propter Romano-Catholicam Religionem crudelibus, & intolerabilibus affecti ſunt tormentis, vel etiam necati*. Sequitur jam ipſa deſcriptio, quam a Belgico ſermone tranſtuli. *Ab an.* 1622 *exitu, & exordio ſeq.* 23, combuſti, & capite multati ſunt in Urbe Nangeſacque centum & triginta circiter homines partim viri, partim mulieres, partim pueri, & puellæ, in quorum numero præter alios religioſos fuerunt duo ſacerdotes .... Inter combuſtos fuit quoque Italus quidam dictus *Spinula* ex Urbe Genua .... Nimirum cum Sunegone *Hiſpano*, & Ludovico Pietenſi comburerentur, & capite multabantur 130 homines, & proxima vice 100 pariter viri, partim pueri. *Pag.* 166 ſcribit: 128, & amplius an. 1624, in urbe Jedo. *Pag.* 167, Firandi 36, vel 37, fuiſſe occiſos narrat. Tum addit, eos inter, qui necati ſunt, vidimus puerulum ſex, vel ſeptem annorum, qui tanto animi gaudio geſtiens, prædicans, & cantans Chriſtianos pſalmos Japonico ſermone ad mortem properabat, ut in tali ætate mirati id valde ſimus. Quæ autem geſta Nangeſachii, & alibi *an.* 1626, *ſeq.* fuerint idem auctor perſequitur *pag.* 170, *ſeq.* At die, inquit, 19 Menſis Junii juſſit gubernator collocari triginta tres palos, lignaque incendiaria circum illos poni diſtantia ſeſquiunius Orgyæ, ut hic mos eſt: Viceſimo die producere juſſit tredecim captivos cremandos, nimirum tres Sacerdotes, quorum unus erat Epiſcopus dictus Franciſcus Parquerus 70 annorum Luſitanus, ſecundus Balthaſarus de Torres Dominicanus 68 annorum Hiſpanus, tertius Joahannes Baptiſta etiam Dominicanus 57 annorum Italus, præterea quinque Luſitani ..... Reliqui quinque Japonii erant: .. Sacerdotes, & Japonii Chriſtiani ad mortem uſque in fide perſeverarunt &c. “

(e) Qui multa de his rebus volet, conſulat (præter Maffejum, Turſelinum *in vita Franc. Xaverii*, Cerrium *l. c.* Didacum Aduartum, & Dominicum Gonzaleſium *Hiſt. Provinc. Philipp. &c. Ord. Præd. tom.* I, *&* II, *edit. cit.* Fortiſſimum Martyrem Hyacinthum Orfanclum, & Didacum Colladum *Hiſt. Eccl. de los ſucceſſos de la Chriſtiandad de Japon. &c. ab an.* 1602, *ad* 1622, quæ edita fuit Matriti *an.* 1633, *& Summarium cauſæ Navaretti*, aliorumque, qui fidei cauſa paſſi in Japonia ſunt, quod ſupra etiam memoravimus) *La lettera annua del Giappone dell' anno* 1556, *ſcritta dal P. Luigi Frois al R. P. Claudio Acquaviva Generale della Compagnia di Gesù tradotta in*

in Italiano dal P. Franceſco Mercati Romano della ſteſſa Compagnia, Romæ an. 1599, e le lettere del Giappone degli anni 1574, 1575, 1576, ſcritte dalli RR. PP. della Compagnia di Gesù, e dal Portogheſe tradotte nel volgare Italiano, Romæ an. 1578, e le due lettere annue del Giappone degli anni 1603, 1604, 1605, e parte del 1606, mandate dal P. Franceſco Paſto Vice Provinciale di quelle parti al M. R. P. Claudio Acquaviva Generale della Compagnia di Gesù, Romæ 1608. La Relation del Martirio, que los Sanctos Padres Deſcalços Franciſcanos, tres Hermianos de la Compagnia de Jeſus y Deciſiete Japones Chriſtianos, padecieron en Japon, por F. Juan de Sancta Maria, Matriti an. 1601. La Hiſtoria de las Iſlas del Archipelago, y Reynos de la gran China, Tartaria, Cochinchina, Malaca, Siam, Camboxa, y Japon, y de lo ſuccedido en ellos a los religioſos Deſcalços de la Orden del Serafico Padre S. Franciſco, de la Provincia di S. Gregorio de las Filippinas, por F. Marcello de Rihadeneyra, Barchinone an. 1601. La Hiſtoria de las Miſſiones, que han hecho los religioſos de la Compagnia de Jeſus, para predicar el Sancto Evangelio en la India Oriental, y en los Reynos de la China, y Japon. Primera y ſegunda parte. Por el P. Luis de Guzman, Alcalà an. 1601, & Relacion annual de las coſas, que han hecho los Padres de la Compagnie de Jeſus en la India Oriental, y en los Reynos de la China, y Japon en los annos de 1600, y 1601, y del progreſſo de la Converſion, y Chriſtiandad de aquellas partes, Valiſoleti an. 1604. Litteras Japonicas an. 1606, Chinenſes an. 1606, 1607, illas a R. P. I. Rodriquez, has a R. P. Mattheo Riccio Soc. Jeſu tranſmiſſas ad Cl. Aquavivam, latine redditas a Rethoribus Collegii Soc. J. Antuerp. an. 1611. Litteras Japonicas an. 1609, & 1610, ex Italicis Latinas factas ab Andrea Schotto, Antuerp. an. 1615. Rei Chriſtianæ apud Japonios Commentarium ex litteris annuis Soc. Jeſu annor. 1609, 10, 11, 12, collectum a Nicolao Trigaultio Aug. Vindelic. an. 1615. Relacion del ſucceſſo que tuvo nueſtra Santa fè en los Reynnos de Japon, deſde el anno 1612, haſta el anno 1615, Imperando Cubſama, Compueſta por el Padre Luis Pinerio S. J. Matriti an. 1617. In extremo hoc opere extat Catalogus eorum, qui ab anno 1564, ad an. 1615, in Japonia pro religione paſſi ſunt. Brevem relat. De Perſec. in Chriſtianos Catholicos an. 1619, commota: ex litter. ann. Soc. Jeſu anglic. ed. an. 1619. Hiſtoria y Relacion del Japon, deſde el anno 1612, haſta el detta 1615, por el P. Pedro Morejon de la C. de J. Ulyſip. an. 1615. Guidonem Gualteſium Legazione de' Principi del Giappone dell' anno 1585, a Greg. XIII, edit. Rom. an. 1586, & de eodem argumento Eduardum de Sande S. J. ex Ephemeride Legatorum in Macaenſi Portu Imperii Sinici edit. an. 1590. Iſtoria del Voxo del Ciapone, dell' antichità, nobiltà, e valore del ſuo Re Idate Maſamune, de' favori, che ha fatto alla Criſtianità, e deſiderio, che tiene di eſſer Criſtiano, e dell' aumento di noſtra Santa Fede in quelle parti, e dell' ambaſciata, che ha inviata alla Santità di N. Signore Papa Paolo V, e delli ſuoi ſucceſſi, con altre varie coſe, fatta per il Dottore Scipione Amati Romano interprete Iſtorico dell' Imbaſciata Rom. an. 1615. Lettere annue del Giapone, China ec. al P. Gener. della Comp. di Gesù ſcritte dai PP. della ſteſſa Compagnia negli anni 1615, 16, 17, 18, 19, volgarizzate dal P. Lorenzo delle Porze, Mediol. an. 1621. Hiſtoria, y relacion de los ſuccedidos en los Reynos de Japon, y China deſde el anno 1615, haſta il de 1619, por el P. Pedro Morejon S. J. Ulyſipon. an. 1621. Trigaultium, & Raderum De Chriſtianis apud Japonios triumphis, ſive de graviſſima ibidem contra fidem Chriſti perſecutione exorta ab anno 1612, cum auctario, & Iconibus Sadelerianis. Petrum Morinum Hiſt. de ce qui s'eſt paſſè es Royaumes du Japon, & de la Chine tirée des lettres des annes 1621, 22, Pariſ. an. 1627. Gaſparem Spittillium Soc. Jeſ. Mar-

tyr.

tyr. XXXVI. *Chriſti pugilum in Japonia an. 1697, ſub Taicoſana Imp.* Fabium Ambroſium Spinulam *Soc. Jeſ.* Vita del P. Carlo Spinola, *Lettera annua del Giappone dell' anno 1624, al M. R. P. Muzio Vitelleſchi Generale della Compagnia di Gesù, Rom. an. 1632. Narrationem perſecutionis an. 1628, 29, 30, ex italico latine a Johanne Bollando edit. Antuerp. an. 1635, & in Act. SS. tom. 1 Febr. pag. 723, ſeqq. Garſiam Carceſium Relace de la Perſec. &c. de l' an. 1624.* Martinum la Naxa *de ſtatu Perſec. Japonicæ &c. illuſtri mort. P. Marcelli Maſtrilli Cæſarauguſtæ an. 1639.* Johannem Baptiſtam Tavernerium *Deſcript. Japon. & Perſec. Japon. ſæpe cum ejus itineribus edit. Hiſt. Eccl. de l' Isl. & Royaumes de Japon par le R. P. François Solier Pariſ. an. 1627.* Antonium Franciſcum Cardimum *S. J. Relazione della Provincia del Giappone Romæ an. 1643, & Faſcicul. e Japonicis Floribus ſuo adhuc madentibus ſanguine compoſita ab eodem Cardimo. Romæ an.* 1646. Danielem Bartholum *Hiſt. della Comp. di Gesù, l' Aſia par. I, & II, edit. an.* 1660. P. Craſſetum *S. J. Hiſt. de l' Egliſe du Japon par M. l' Abbé T. Pariſ. an.* 1689. Johannem Philippum Marinum *S. J. Iſtoria, e Relazione del Tunchino, e del Giappone &c. edit. Rom. an.* 1665. Ex Proteſtantibus præter Varenium, & Geysbertſium ſupra memoratos, pro Batavis agit Auctor *de Athl. Hiſtorique tom. V, pag.* 165. Vide etiam Johannem Gaſparem Scheuchzerum, cujus opus ab Engelberto Kempſero anglicum, & a D. de Maizeauz gallicum factum, inſcriptum eſt *Hiſtoire Naturelle, Civile, & Eccleſiaſtique de l' Empire du Japon, edit. Hagæ Comit. an.* 1729. Deſcriptionem Imperii Japonici dedit etiam Craſſetus initio Hiſt. Eccl. ejuſdem Imperii, quem conſule.

QU. XXIII.

Quinam modo locum tenent antiquorum Patrum, qui ſcriptis ſuis hæreticos oppugnarunt?

§. I. NUlla res adeo cordi fuit Majoribus noſtris, quam hæreſum extinctio, ac Chriſtianæ veritatis defenſio. Difficile dictu eſt, quot veræ doctrinæ aſſertores, ac vindices tulerint primum, atque alterum Eccleſiæ ſæculum. Licet pauca ad nos uſque pervenerint, non eſt tamen dubitandum, quin multa ſcripta fuerint adverſus Catholicæ fidei hoſtes, ac temporum injuria exciderint. Interciderunt ea, quæ adverſus Marcionitarum hæreſim edidere Philippus Gottinienſis Epiſcopus, & Modeſtus, qui M. Antonino Vero, & Lucio Aurelio Commodo imperantibus, vitam poſuere. Perierunt epiſtolæ Serapionis ad Pontium, & Carinum adverſus Montani hæreſim. Interierunt ea, quæ ſcripſere Dionyſius Corinthiorum Epiſcopus, Hegeſippus, & Rhodon, quæ Muſanus, quæ Apollinarius Hierapolitanus contra Marcionitas, Montaniſtas, atque Encratitas. Tempus nobis invidit eas diſputationes, quæ ad extinguendas hæreſes omnes a S. Juſtino Martyre (*a*) habitæ fuerunt. At quamquam vetuſtas nobis eorum multa eripuerit (*b*), quæ S. Irenæus, ac Tertul-

(a*) *Pope Bolount Cenſur. celeberior. Auth. pag.* 160. *Opera S. Juſtini M. genuina* ſunt: Pareneſis ad Græcos. Elenchus, ſeu Oratio ad Græcos. Apologia pro *Chriſtianis* prima. Apologia pro *Chriſtianis* ſecunda. Liber de Monarchia *Dei*, forſan in fine *mutilus*. Dialogus cum *Tryphone Judæo*. Epiſtola *ad Diognetum*.

Opera non *extantia*: liber de anima. Liber de Pſaltes dictus. Contra omnes hæreſes. Contra *Marcionem*. Commentarius in Hexameron. De Reſurrectione carnis teſte *Damaſceno*.

Opera dubia: *Ariſtotelicorum* quorumdam dogmatum everſio. Epiſtola ad *Zenam* & *Serenum*.

Opera ſuppoſititia ſunt: Quæſtiones, & Reſponſiones ad Græcos. Quæſtiones Græcanicæ, de *incorporeo* &c. & ad eaſdem Chriſtianæ reſponſiones. Quæſtionum 146 Reſponſio ad Orthodoxos. Dubitationum adverſus Religionem ſummariæ ſolutiones. Expoſitio fidei de *S. Trinitate*. *Gul. Cave*.

(b) *Idem ibid. pag.* 175: *Opera Irenæi*, quæ non extant.

Libellus de ſcientia adverſus Gentes. Demonſtratio Apoſtolicæ Prædicationis, ad *Marcianum* Fratrem. Liber de Ogdoade. Epiſtola ad *Blaſtum* de ſchiſmate. Ad Florinum de Monarchia, ſeu quod Deus non ſit conditor mali, Epiſtola. Ad *Vi-*

tullianus (c) ſcriptis mandarunt, ſuperſunt tamen quinque Libri ab Irenæo adverſus Valentinum conſcripti; omnium manibus teruntur ea, quæ a Tertulliano contra Valentinianos litteris ſunt conſignata. Nec ſæculo III Eccleſia ſuis caruit defenſoribus, ac propugnatoribus. Floruit hoc ſæculo (ut alios mittam) Minutius Felix (d), qui Chriſtianorum ſacra ab omnibus Ethnicorum calumniis acerrime vindicavit. Floruit S. Cyprianus, qui ſuis epiſtolis (e) omnes ſui temporis errores adortus eſt. Floruit Origenes (f) Adamantius, quorum libri contra Celſum munitiſſima Chriſtianæ Reipublicæ propugnacula & muri habiti ſunt.

§.II. Hanc Spartam, quam tribus prioribus ſæculis maximi illi Chriſtianæ Fidei athletæ obierunt, ornaruntque, poſterioribus Sæculis ſuſtinuerunt, illuſtraruntque Monaſteriorum, Cœnobiorumque (g) alumni. Nam ſæculo IV Arianorum conatus fregerunt Antoniani, & Baſiliani. Sæculo V Eutichetis impetus contudere Sabbaitæ. Sæculo VIII Iconoma-

chó-

Victorem Epiſcopum *Romanum* de *Paſchate*, Epiſtola. Ad varios Epiſcopos de eadem re. Variorum Tractatuum liber. *Gul. Cave*.

(c) *Opera Tertulliani non extantia*: De Paradiſo. De Spe Fidelium. De Ecſtaſi. Adverſus Apollonium. Adverſus Apellicanos. De veſtibus Aaron. De cenſu Animæ.

Opera Tertulliani genuina extantia ſunt: Apologeticus. Ad Nationes, Libri 2. De teſtimonio Animæ. Ad Scapulam. De Spectaculis. De Idololatria. De Corona. De Pallio. De Pœnitentia. De Oratione. Ad Martyres. De Patientia. De cultu Fæminarum l. 2. Ad Uxorem, lib. 2. De Virginibus velandis. Adverſus Judæos. De Præſcriptione Heretitorum. De Baptiſmo. Adverſus Hermogenem. Adverſus Valentinianos. De Anima. De Carne Chriſti. De Reſurrectione carnis. Adverſus Marcionem lib. 5. Scorpiace. Adverſus Praxeam.

(d) *Franciſcus Balduinus* Præfat. præmiſſ. *Octav. M. Minutii*. *Fel. Minutiani* hujus libelli inſcriptio, & Dialogi forma, antiquum eruditumque ſcribendi morem refert. Genus dicendi eſt argutum, acre, vehemens. Eſt preſſum, denſum, nervoſum, crebris ſententiis compactum, omniumque Antiquitatum atque Hiſtoriarum memoria refertum: & in quo plures ſententias, quam periodos numerare poſſis. Nam neque verboſi olim fuerunt Chriſtiani: & eorum patroni erant homines docti, ac uno verbo dicam polyhiſtores.

(e) *Caſſiodorus* Divin. *Lect.* c. 19. Beatiſſimus *Cyprianus* velut oleum decurrens in omnem ſuavitatem lingua compoſita: Declamator inſignis, Doctorque admirabilis. Quantos enim ille dubitantes non pertulit labi, lapſos vero firmiſſima prædicatione ſolidavit, confeſſores ad *martyrium* ipſe perduxit? & ne minor eſſet prædicationibus ſuis; ipſe quoque *martyrii* corona, Domino præſtante, decoratus eſt.

(f) *Ell.* du *Pin.* Nov. Biblioth. *Auctor. Eccleſiaſtic.* Tom. 1, p. 388, 389, *Gall. Origenis* libri contra *Celſum* præſtantiſſimum opus ſunt, & profunda eruditione refertum. Liber hic politiſſime magna animi attentione exquiſitaque methodo ſcriptus eſt. Non modo optimum *Origenis* opus eſt, ſed etiam Apologia pro Chriſtianis abſolutiſſima & elaboratiſſima omnium earum, quas nobis tranſmiſit *Antiquitas*.

(g) Segneri. *La Cauſa dei Religioſi al foro dei Laici*, oſſia *Panegirico in onore, ed in difeſa degli Ordini Regolari*: Freme l' Ereſia nel vedere, che quante

Digitized by Google

chorum vires proſtraverunt Janiciani. Sæculo IX Photiano ſchiſmati ſe ſe obvios tulerunt Benedictini, ac inſequentibus ſæculis Cluniacenſes, Camaldulenſes, Vallumbroſiani, Chartuſienſes. Sæculo XII, XIII, & XIV, Albigenſium, Waldenſium, Huſſitarum hæreſes profligarunt Franciſcani, ac Dominicani. Sæculo XVI Luteranis, ac Calviniſtis bellum intulerunt Jeſuitæ, illudque duobus proximis ſæculis glorioſe ſuſtinuerunt, illiuſque belli reliquias Janſeniſtas diſſiparunt, nullæque jam eſſent, ſi e caſtris excedere, ac præſidium ſtationemque relinquere juſſi non fuiſſent. Atniſi novus Religioſorum Ordo excitetur, qui in hujuſce Prætorianæ legionis locum ſuccedat, verendum eſt, ne undique hoſtibus Chriſtianæ Reipublicæ ingruentibus in graviſſima, atque difficillima tempora inciderimus. Quod ſi modo Novatores tantopere debacchantur, ſi boni omnes tremefacti, atque extrema ſpe pendere, ac peſſima quæque ſuo capiti, Eccleſiæ, Religioni metuere, ac formidare ſunt coacti, id non aliunde ortum eſt, niſi ex eo, quod ea caſtra, in quibus Jeſuitæ collocati erant, omni præſidio nudata, atque omni defenſione ſpoliata liberum hoſtium incurſionibus, & latrociniis campum relinquant.

§. III. Cum igitur Monachi, ac Regulares viri Hæreticorum mallei ſemper fuerint, & nunc etiam ſint, non eſt, cur miremur, ſi hæretici omai-

---

volte ella è tornata a ritentar la battaglia, altrettante, al fine ſconfitta, è ſtata neceſſitata a cedere il campo, ed a rifuggiarſi negli Abiſſi. Ma chi fra tutti furono, chi o i più accorti in iſcoprirla, o i più animoſi in opporſele, o i più felici in abbatterla, ſe non gli uomini Religioſi? E' nota sì, ma degniſſima oſſervazione, che ad ogni nuova Setta di Eretici, la qual forſe ad impugnar la Chieſa, forſe all' incontro a ſoſtener la Chieſa una nuova famiglia di Regolari; quaſichè queſte foſſero le milizie tenute in pronto dal Cielo per ſua difeſa. E così cogli Arriani nell'Oriente ſpuntarono due Religioni, quella d'un Antonio in Egitto, e quella d'un Baſilio in Cappadocia; e cogli Arriani nell' Occidente due altre, quella d'un Agoſtino nell'Africa, e quella d'un Benedetto nell' Italia. Contra gli Eutichiani levaronſi i ſeguaci dell' Abate Sabba; e contra gli Iconomachi ſorſero gli allievi dell' Abate Jannicio. Dopo lo ſciſma Greco nacquero toſto a riparar quella perdita i Cluniaceſi, i Camaldoleſi, i Vallombroſani, e poco preſſo i Certoſini ſotto Brunone, i Ciſtercienſi ſotto Bernardo, ed i Premoſtrateſi sotto Norberto allor comparvero a raſſerenare la Chieſa, quando i Nicolaiti vi avevano eccitata un' orribile turbolenza. Che dirò dei Dominicani, e dei Franceſcani? Non è chiaro, che loro toccò di opporſi al furore dei Valdeſi, degli Albigeſi, degli Uſſiti, dei Flagellanti, e d'una immenſa ribaldaglia di Eretici d'ogni razza, che avevano quaſi e adulterata ogni verità, e depravato ogni culto? E finalmente a rintuzzar l'alterigia dei Luterani, e dei Calviniſti, i quali preteſero di ravvivare tutti inſieme gli antichi errori, abbiamo noi per oracolo Pontificio eſſere ſtato coſtituito il noſtro Ordine, non perchè egli in ſe contenga gran merito, o gran virtù, ma perchè tanto la vittoria appariſce più ſegnalata, quanto a Goliati più orribili ſi contrapponevano Davidi men bellicoſi. E certamente che ai Religioſi ſopra ogni altro ſi debbano le ſconfitte, e gli eccidj delle Ereſie,

omnibus temporibus in Monachos virus ſuum evomuerint (*h*), ſi eos e Civitate expellere, nomenque ipſum de Mundo tollere viribus omnibus conati ſemper ſint, & nunc etiam conentur quam maxime. Norunt ii, quamdiu Regularium Ordines ſtant, & vigent, ſua adverſus Deum, ad-

---

ſie, ſi fa manifeſto, perciocchè in quei luoghi, dov'ella ebbe ſorte di non trovarne veruno, o pur ebbe potere di ſcacciarli tutti, quivi ella ſempre imperversò, quivi vinſe, quivi trionfò, e quivi giunſe a ſtabilire più durevole il principato.

(h) *Bellarminus de Monachis in Præfat. pag.* 168. Neque vero novum eſt hoc Hæreticorum adverſus Monachos bellum, neque recens mali dæmonis artificium, per Monaſticæ vitæ oppugnationem Eccleſiam univerſam petere. Sicut enim quotquot fuerunt unquam pii Scriptores, tum ſermonibus, tum ſcriptis libris, hoc genus vitæ laudibus in cœlum tollere conati ſunt, ſic nulli fere unquam hæretici extiterunt, qui vel nomen Monachorum patienter audire potuerint: „ Quando vos (*inquit B.* „ *Auguſtinus in Pſalm.* 132.) recte Hæ„ reticis de Circumcellionibus inſultare cœ„ peritis, ut erubeſcendo ſanentur; illi vo„ bis inſultant de Monachis. Primo ſi „ comparandi ſunt, vos videte, quid opus „ eſt, ut verbis noſtris comparentur e„ brioſi cum ſobriis, præcipites cum con„ ſideratis, furentes cum ſimplicibus, va„ gantes cum congregatis? Sed tamen di„ cere conſueverunt, quid ſibi vult no„ men Monachorum? Quanto melius di„ cimus nos, quid ſibi vult nomen Cir„ cumcellionum? " Et rurſus, de Petiliano hæreticorum principe, idem Auguſtinus lib. adverſus Petilianum 3, cap. 40. *Deinceps*, inquit, *perrexit ore maledico in vituperationem Monaſteriorum & Monachorum, arguens etiam me, quod hoc genus vitæ a me fuerit inſtitutum.*

Jam vero Arriani tanto furore bacchabantur in Monachos, ut ipſas etiam deſertiſſimas ſolitudines, locaque maxime abdita & recondita penetrarent, ut Monachos quærerent, raperent, atque occiderent. Sic enim de Lucio Epiſcopo Arriano ſcribit Ruffinus lib. hiſt. 11, cap. 3. „ Inde, *inquit*, ad Monaſteria furoris ſui „ arma convertit, vaſtat eremum, & bel„ la quieſcentibus indicit. Ter mille ſi„ mul, aut eo amplius, viros per totam „ ſolitudinem ſecreta, & ſolitaria habita„ tione diſperſos, oppugnare pariter ag„ greditur. Mittit armatam equitum, ac „ peditum manum. Tribunos, Præpoſi„ tos, & bellorum Duces, tamquam ad„ verſus Barbaros pugnaturus, elegit. Qui, „ cum veniſſent, novam belli ſpeciem vi„ dent, hoſtes ſuos gladiis objectare cer„ vices, & nihil aliud dicere, niſi, Ami„ ce, ad quid veniſti? " De Valente Imperatore pariter Arriano in Chronico B. Hieronymus annotavit, uſque adeo illum odiſſe Monachos, ut lege lata, Monachos omnes aut arma ſumere, militiaque fieri, aut fuſtibus cædi, mactarique decreverit.

Sed nimis longum eſſet, ſi omnia veterum Hæreticorum, ac præſertim Imperatoris Conſtantini Copronymi, & cæterorum veterum Iconomachorum in Sanctos illos Monachos aut improbe dicta, aut crudeliter facta commemorarem. Quid igitur, ut ad poſteriora tempora deſcendamus, Joannes Viclef de Religioſorum Ordinibus ſenſit? Nempe omnes ad unum a Diabolo in Eccleſiam introductos, & Auguſtinum, Benedictum, Bernardum ad Inferos eſſe damnatos, niſi pœnitentiam egerint, quod Monachi & Patres Monachorum fuerint. Sic enim habent articuli ejus poſtremi in Concilio apud Conſtantiam reprobati. Quid Martinus Lutherus? Nonne tertio quoque verbo in omnibus ſcriptis ſuis, quæ ſane quamplurima extant, Monaſticen lacerat? At, ut alia prætermittam, quæ ſuo loco poſtea afferentur, certe in Epithalamio illo ſuo, plus quam credi poſſit, obſcœno & ſordido, quod in caput ſeptimum epiſtolæ prio-

adverſus Religionem, adverſus omnes bonos ſcelerata conſilia non poſſe conſiſtere, non poſſe ſe templa diripere; aras evertere, fana expilare, donec ab Cœnobitis defenſa fuiſſent. Quamobrem hoſce dicteriis, hoſce calumniis, hoſce inſidiis, hoſce ferro, hoſce igne, hoſce veneficiis petunt, ſuos omnes conatus adverſum Eccleſiam ad irritum caſuros rati, niſi prius de Religioſis Ordinibus plane triumphent.

QU.

ris ad Corinthios ſcripſit, qui Cœlibem vitam in Monaſteriis ducunt, eos omnes idolo Moloch corpora ſua cremare confirmat. Et in eodem libro, ſtatum religionis nihil valere, ſed Ethnicum, terrenum, ſæcularem, ac veluti lutum eſſe dicit, cum e contrario ſtatum conjugii ſpiritualem, cœleſtem, divinum, atque aureum eſſe prædicet. Joannes Calvinus libro Inſtitutionum 4, cap. 13, rem totam breviter ita definit, ut eſſe velit Monaſteria lupaoaria; vota Monaſtica retia Satanæ; Monachos omnes ſophyſtas cucullatos, qui ab Eccleſia diſceſſionem fecerint, & ſe totos Diabolo conſecraverint. Philippus Melancthon in Apologia pro Confeſſione Auguſtana, articulo de votis, vota, atque opera Monachorum nunc obſervationes fatuas, nunc hypocritas ſimulatiooes, nunc etiam traditiones Phariſaicas atque Mahumeticas vocat: Magdeburgenſes Centuriatores in. 10 cap. 4 Ceor. poſteaquam multorum veterum Eremitarum vitas, & res geſtas breviter deſcripſerunt, in hæc verba ſermonem claudunt: *Sed quis*, inquiunt, *non hæc hominum monſtra execretur, ut inimicos humanæ ſocietatis, & contra totam ſecundam tabulam delinquentes?* Ut illud interim omittam, quod partem non modicam ingentium illorum voluminum in Monachorum vituperatione conſumunt, quos ubique hypocriſis, ubique ſuperſtitionis, ubique impietatis accuſant.

Digitized by Google

QU. XXIV.

Quodnam eſt Monachorum officium (*), *ac munus?*

§. I. Ex iis, quæ ſuperius in hoc libro diſputata a nobis ſunt, unuſquiſque facile perſpicit, Religioſos Ordines eos eſſe, qui primitivæ Eccleſiæ diſciplinam retinent, priſtinam Religionis formam conſervant, aurea Eccleſiæ ſæcula ſanctiſſimis ſuis moribus, ac vita nobis exhibent, qui non ſolum ea, quæ omnibus Chriſtianis a Chriſto Domino præcepta ſunt, ſed etiam ea, quæ Diſcipulis ſuis ad eminentiorem ſanctitatis gradum contendentibus commendata fuerunt, præſtant, atque tuentur, qui veterem pietatem, probitatem, continentiam alunt, fovent, colunt, cæteriſque virtutibus undique fere pulſis perfugium præbent. Hoc nimirum illud officium, ac munus eſt, quod Religioſi viri Deo promittunt, ſanctiſſimeque recipiunt, hoc illud penſum, ad quod ſeſe totos revocare debent, hæ demum ſunt illæ partes, quas explere, ac ſuſtinere tenentur.

§. II. Proteſtantes, quibus Religio-

(*) Berard. *J. E. U. Part. I*, *Diſſert. V*, *Cap. III*, *pag.* 174. Nunc inveſtigemus alias Monachorum obligationes, quæ ex voto tempore profeſſionis elicito pendent. Obedire illi in primis Præpoſito debent, deinde proprietatem omnem abdicare, denique continentiam cuſtodire, quæ adeo adnexa conditioni Monachorum eſſe ſcripſit Innocentius III, in Cap. *6*, in fine de ſtatu Monach. ut profiteretur, contra ea nec Summum Pontificem poſſe licentiam indulgere, tanquam illa, quæ baſes ſunt, & fundamenta Monaſticæ diſciplinæ, Concil. Trid. ſeſſ. 25, de Regular, cap. 1. Jam olim de Monachis ſcribebat S. Hieronymus in Epiſt. 22 ad Euſtochium, primam eorum confœderationem, obedire majoribus, & quidquid juſſerint, facere, cui conſonant univerſi Monachorum Inſtitutores, inter cæteros Sulpitius Severus Dialogo I, cap. 11, Caſſianus lib. 4 Inſtitut. Cap. 8, S. Benedictus in Regula cap. 4, 5, 49, 68, & 71. Quod adeo verum eſt, ut Monachis a præcepto Superioris, utut gravius videatur, appellare non liceat ad effectum ſuſpendendi executionem, Cap. 3, & 26, de appellation. quamquam non ſit deneganda querelæ cujusdam ſpecies coram Superiore cum modeſtia proponendæ ab eo, qui interea præceptum Superioris exequitur, ſi forte Prælatus fines æquitatis tranſgredi videatur, prudentiæ Superioris ejusdem relinquendo, ut bono Monaſteriorum regimini conſulat. Tantum conceditur Monacho ſubjecto non exequi præceptum Superioris, quando divinis præceptis, aut Monaſticæ Regulæ præceptum idem adverſari deprehendatur; neque enim tenetur quis homini potius obedire, quam Deo, aut obe-

Digitized by Google

gionem virtutibus omnibus ſpoliare propoſitum eſt, quos libido pro pudicitia, luxuria pro continentia, violentia pro ſobrietate, turpitudo pro honeſtate juvat, & molli eſt, pati non poſſunt Monachos in Apoſtolica-

obedire homini munere ſuo ad cuſtodiam certæ Regulæ præfecto, quando tantum abeſt a Regula coſtodienda, quin potius eam evertere ſtudeat, Can. 1, diſt. 9, Can. 91, 92, 93, 94, 95, 96, 97, 98, 99, 100, & 101, Can. 11, qu. 3, S. Bernardus Epiſt. 7, & in tractatu de præcepto & diſpenſatione Cap. 2, 4, & 5. Paupertatis quoque votum apprime eſt a Monachis ſingulis cuſtodiendum, Cap. 6, de ſtatu Monachor. adeo ur etiam ſi de illis agatur, qui adſcripti ſunt Monaſteriis poſſidendi bona, ſeu mobilia, ſeu immobilia capacibus, nihil ſit, ne ſub peculii quidem nomine, poſſidendum, cap. 2, eod. tit. quin aliquem excuſare poſſit obtenta a Superiore peculii retinendi facultas; ſiquidem compertum eſt, Prælatos Regulares relaxare quidquam mioime poſſe ex iis, quæ ad tegularis vitæ ſubſtantiam pertinent, Concil. Trident. ſeſſ. 25, de Regulat. cap. 1. Id ut preſſius urgeret Concilium Tridentinom ſtatuit, nemini Regularium licere bona immobilia, vel mobilia cujuſcumque qualitatis fuerint, etiam quovis modo ab eis adquiſita, tanquam propria, aut etiam nomine conventus poſſidere, vel tenere; ſed ſtatim ea ſuperiori tradi oportere, ac conveotui incorporari; item nec deinceps licere Superioribus bona ſtabilia alicui Regulari concedere, etiam ad uſum-fructum, vel uſum, vel adminiſtrationem, aut commendam, pœna adjecta in eos, qui contra fecerint, ut biennio activa, & paſſiva voce privati ſint, atqoe etiam joxta Regulæ ſuæ, & Ordinis conſtitutiooes puniantur, ſeſſ. 25, de Regular. cap. 2. Huic autem Sanctioni minime ſubjiciuntur Monaſteriorum Officiales, qui nomine Monaſterii ex Prælati mandato curare debent Collegii utilitatem, & Monachorum neceſſitati conſulere. Id expreſſe exceptum voluerunt Tridentini Pattes in dicto Cap. 2, verſ. *Adminiſtratis*, & huc pertinere arbitror, quod legitur in Canone Lateranenſis Concilii, ſeu in cap. 2, de ſtatu Monachor. ibi: *Niſi ab Abbate fuerit ei pro injuncta adminiſtratione permiſſum*. Fuit hæc neceſſaria diſpenſatio non perſonæ gratia, ſed cauſa officii, ac muneris concedenda. Præterea nec ſunt eidem ſanctioni obnoxii Monachi, qui ex diſpenſatione Superioris eam ſupellectilem, aut mobilium uſum retinent; quibus quotidianæ neceſſitati occurrator, dummodo nihil ſuperfluum in iis ſit, omniaqoe Monaſticæ pauperiati conveniant, uti perſpicue tradiderunt Tridentini Pattes in dicto Cap. 2, verſ. *Mobilium vero*; tantum enim abeſt, ut hæc diſpenſatio paupertati officiat, quin potios omnis exquirendi retinendive peculii occaſionem amôvear, S. Benedictus in Regula Cap. 55, argumento Cap. I, de inſtitut. & Cap. 3, ſeſſ. 25, de Regular. in Concilio Tridentino. Hanc ob rem optandum eſſet, qui Monaſticas res adminiſtrant, neceſſarias res univerſas Monachis ſuppeditent; tunc enim ſperandum eſſet, facile foturum, ut auſterior paupertatis Regola a Monachis ſine diſcrimine cuſtodiretur; quando docet experientia, eos, qui a Regula in propoſito recedunt, ſpecioſam illam caoſam prætexere, quod in aliquibus neceſſariis humanæ vitæ ſubſidiis deſtitoantor. Itaque hinc profecta eſt vulgaris regula, quæ poſtulat, ut quidquid Monachus adquirit quacumque de cauſa, aut occaſione, id totum Monaſterio adquirat ita, ut nihil de adquiſitis diſponere quoquo modo poſſit. Quidquid enim olim vigeret temporibus Valeotiniani, & Marciani, qui profeſſorum ultimas voluntates admiſerunt l. [illegible] cod. de ſacroſ. Eccleſ. aliter ſtatuit Imperator Juſtinianus in Nov. 5, Cap. 5, Nov. 76, ex quibus edita eſt aothentica *Ingreſſi*, Cod. de ſacroſ. Eccleſ. Quod ſi quæratur, an Monachi capa

licarum virtutum, atque in primitivorum Chriſtianorum ſtadium ingreſſos.

---

paces ſint ſeu teſtamentariarum, ſeu legitimarum ſucceſſionum, per quas bona, Monaſterio ita dixerim Monachi, in Cœnobium transferantur; videmus quidem jure Romano habitos fuiſſe prorſus idoneos, L. 56, §. 1, Cod. de Epiſc. & Cler. Verum Pragmatici teſtantur, eam juris Romani conſtitutionem non eſſe ubique receptam, præſertim ubi obtinuit, Monachos quaſi pro mortuis habendos eſſe, argumento Gratianeæ interpretationis ad Canones 53, & 54, Can. 2, qu. 7. Quamobrem in hac re moribus potius ſingularum Provinciarum erit indulgendum, cum generalis regula ubique cuſtodienda præſtitui minime poſſit. Guilielmus Benedictus ad *cap. Raynutius* in teſtament. cap. 220. Rebuffus in Proœmio ad Conſt. Reg. Gloſ. 5, num. 22, & 24, & tit. 3, def. 2, & 30. Quum Mendicantium Ordines inſtitui, probarique in Eccleſia cœperunt, paupertatis ſtudium in eiſdem excoli adeo viſum eſt, ut non ſolum ſinguli Monachi proprium nihil, ſed neque Monaſteria in communi quidquam poſſiderent, quoniam mendicatæ hinc illinc eleemoſynæ Monachis alimenta ſuppeditabant. Verum tempore Tridentini Concilii, duobus tamen exceptis Mendicantium Ordinibus, dignis de cauſis viſum eſt conſtituere, ut deinceps cæteris in communi bona immobilia poſſidere liceret, ſeſſ. 25, de Regular. Cap. 3. Quamquam & poſt Tridentinum Concilium alii Ordines emerſerint ne in commune quidem poſſeſſiones habentes, Sedis Apoſtolicæ auctoritate confirmati. Denique quod ad votum continentiæ pertinet, quammaxime curandum Monachis eſt, ut non ſolum a Matrimoniis contrahendis, quæ ſane prorſus irrita eſſent, Cap. unic. de voto in 6, abſtineant, ſed etiam ne quid admittant, quod morum integritatem labefactare quoquo modo poſſit. Quamobrem ad evitandam quamcumque ſuſpicionem jam veteres Patres ſolliciti fuerunt, ne Monachorum Cœnobia fœminæ utut religioſæ ingrederentur, Can. 21, & ſeq. Cauſ. 18, q. 2, quod recentiores Pontifices Maximi ſeveris legibus vetuerunt, indicta in ingredientes graviſſima excommunicationis pœna, quemadmodum & in admittentes Monachos pœna ſuſpenſionis, atque inhabilitatis ad Monaſtica officia. *Selvag. Inſtit. Can. Lib. I, Tit. 31, pag.* 464, §. 26. Poſtremo præter hactenus explicata tria præcipua Monaſticæ profeſſionis vota, non deſunt Regularium inſtituta, quæ peculiaria quædam emittunt. Ita Trinitarii ac Mercenarii redimendis captivis voto ſe adſtringunt: Fratres Caritatis S. Jo: de Deo infirmorum in hoſpitalibus miniſterium vovent: Clerici Regulares Miniſtri infirmorum animam agentibus, etiam peſte graſſante, ex voto præſto ſunt; uti quoque Cler. Reg. Scholarum piarum inſtituendis in pietate, ac litteris rudibus, ac puerulis voto ſe dedunt. Tum & Somaſchi orphanis ad pietatem, litteras, arteſque mechanicas informandis ex ſuo ipſorum inſtituto addicti. Minimi S. Franciſci de Paula, niſi graviter ægrotent, victu dumtaxat eſuriali utuntur. Sinenſes, Indi, aliique ex exteris nationibus adſcripti in Collegium modo recenſitæ Congreg. Sacræ Familiæ Jeſu Chriſti, expleto tirocinio apud Congregationis Superiorem Deo vovent, 1 ſe paupertatem, & 2 obedientiam ſervaturos; tum 3 ſacros Ordines ſuſcepturos, ubi id Superiori videatur; deinde 4 ſe animo paratos eſſe, ut ad Orientales plagas proficiſcantur, ibique vel propriæ vitæ diſcrimine Chriſtianis myſteriis Ethnicos imbuant, ac tandem 5 ulli Congregationi, ſive Collegio, quodcumque illud ſit, impoſterum haud ſe nomen eſſe daturos. Iiſdem quinque votis ſe obſtringit quicumque in eadem Congreg. degens in hoc Collegium cooptari voluerit. Hæc votorum emiſſio bis a Clemente XII adprobata fuit Litteris Apoſtolicis editis in forma Brevis die 7 Aprilis ann. 1732, & 22 Mart. 1736.

ſos (*a*), illoſque proinde vatiniano odio inſectantur, eorumque virtutes invertunt (*b*), ac vitiorum coloribus depingunt. (Vid. ſup. Qu. XI, XII,

---

Equeſtres demum Militares Ordines tuendæ armis religioni voti fibula ſe obſtringunt.

(a) *Bellarminus de Monachis Lib. II, Cap. VIII, pag.* 183. Tertia opinio eſt Joannis Wiclefi, & Lutheranorum, qui primi cœperunt religiones ut malas vituperare. Joannes Wiclef articul. 21 in Concilio Conſtantienſi, ſeſſ. 8, dicit, eos, qui ingrediuntur religiones eo ipſo reddi ineptos ad ſervanda mandata Dei, ex quo ſequitur, continentiam, obedientiam, & paupertatem religioſam non conſuli a Deo, ſed prohiberi. Lutherus in epithalamio, & libro de votis Monaſticis. Philippus Melancton in locis communibus, cap. de diſcrimine præcepti & conſilii, & in Apologia Confeſſionis Auguſtanæ, artic. 27, Petrus Martyr in libro de Cœlibatu, & votis Monaſticis, Calvinus lib. 4 Inſtit. cap. 13, Brentius in Confeſſione Wirtembergica, capite de votis Monaſticis, & alii hæretici in genere docent, nullum eſſe conſilium Evangelicum. Quamvis enim Lutherus in aſſertione art. 30, admiſerit unum conſilium, ideſt virginitatem, tamen revocavit poſtea ſententiam in epithalamio.

In particulari tria dicunt. Primo, vitam pauperem & cælibem ducere ſub obedientia Prælati, eſſe meram impietatem, & ſuperſtitionem, ſi id fiat ad colendum Deum, ideſt ſiquis putet hæc placere Deo, & eſſe per ſe meritoria. Secundo dicunt, voluntariam paupertatem, & obedientiam exhibitam ei, cui alioqui non debetur, ſi non aſſumatur ad colendum Deum, non eſſe quidem impiam, tamen eſſe ſtultam, & inanem, & proinde malam. Satis enim eſſe, ferre paupertatem, quam neceſſitas adfert, & obedire parentibus, & magiſtratibus. Tertio dicunt, continentiam, ſi non aſſumatur cum opinione cultus, ſed ut inſtrumentum ad expeditius obeunda munera Evangelii, eſſe bonam, & laudabilem, & ſic laudari ab Apoſtolo, I Corinth. 7, tamen non eſſe poſſibilem, niſi illis, qui ſciunt ſe habere peculiare Dei donum, quod tam rarum eſſe volunt, ut Lutherus in epithalamio dicat, neminem poſſe ſe continere, niſi divino miraculo. Et ubi eſt unus continens, ibi eſſe plus quam centum millia, quibus matrimonium neceſſarium ſit.

Quarta ſententia eſt Catholicorum omnium, multa eſſe vere, & proprie conſilia Evangelica, ſed præcipue tria; Continentiam, obedientiam, & paupertatem, quæ nec ſint præcepta, nec indifferentia, ſed Deo grata, & ab illo commendata.

(b) *Joſeph. de Bonis Apolog. Ord. Religioſ. pag.* 138. Auſterum Regularis vitæ genus, abnegatione ſui, mortificatione, pœnitentia, & incommodis, ac laboribus redundans inviſum traducunt adverſarii Regularium. At conforme illud eſſe Domini ſententiis, inficiabitur nemo; quum prædicationem a pœnitentia incœperit dicens Matth. Cap. IV, 17. *Penitentiam agite*; & Luc. XIII, 3: *Niſi pœnitentiam habueritis, omnes ſimul peribitis*; & Cap. IX, 23, legitur: dicebat autem ad omnes: *ſi quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam quotidie, & ſequatur me*: ac Joan. Cap. XII, 25: *Qui amat animam ſuam, perdet eam, & qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam.* Dubitari ne poteſt, hiſce ſententiis pœnitentiam, mortificationem, patientiam in adverſis rebus vehementer inculcari? Nonne & apud Judæos Nazareni, & Eſſeni durum, & auſterum vitæ genus profitebantur? Quid dictum de antiquis Aſcetis Cap. I? Proluſere Monachis? Nonne & Therapeutæ, quos ex Philone deſcribens Euſebius Chriſtianos a Marco Evangeliſta edoctos intelligit? Etiam Joannes Baptiſta Cotolerius oſtendit ex Euſebio, & Hieronymo,

&

XII, XIII, XIV, XV, XVI.) Vident illi, haſce virtutes, quas Monachi ex Apoſtolis, ac primitivis Chriſtianis expreſſas in ſemetipſos derivarunt,

& Epiphanio, Therapeutas fuiſſe Chriſtianos, & auſteritatis amatores. De Rechabitis etiam, ac Eſſenis auſteritatis pariter amatoribus, agit De Lezana. Ciborum deliciæ, ac mollis vitæ methodus, pravas excitat, ac fovet affectiones: at frugalitas moderatioque in alimentis, ac mortificatio, jejunium, & pœnalia exercitia coercent paſſiones, & carnem ſpiritui, ac legi ſubjiciunt: quo quidem remedio, ideſt maceratione, ac pœna carnis uſus eſt S. Paullus, ne reprobus fieret: *Caſtigo corpus meum, & in ſervitutem redigo, ne forte cum aliis prædicaverim, ipſe reprobus efficiar*. Etenim affectiones ad malum extimulantes, & paſſionum in ſe ipſo certamen experiebatur, ipſo teſtante. Quem quidem optimum effectum, vincendi nempe, phyſica etiam ſpectata ratione, per carnis macerationem obtineri, declarat Auctor recens. Crimen eſt abſtinere a rebus creatis, ut Manichæi ſolebant, in odium Creatoris: ſed qui divitias, honores, voluptates deſpicit, ac pati eligit ſpiritu Religionis ductus, ſacrificium offert, & cultum Deo acceptum, ſeque diſponit ad diligendum illum & toto corde, ad vincendum ſeipſum, & ad obſervandas perfectiſſime leges quaslibet, & ad ea cogitanda, & optanda, quæ ad æternum, ac beatum animæ ſtatum pertinent in alia vita. Status igitur Religioſus puriorem, ac fervidiorem caritatem importat una cum operibus omnibus, quæ cum abdicatione bonorum omnium fluxorum componi poſſunt.

Neque quis regerat, aliquos deſciſcere ab inſtitutione Regulari, & mancipare ſe aliquatenus ſæcularibus negotiis, utilia ſtudia poſthabere, Sociorum eruditionem, famam, virtutem parvi facere, ſciolorum inſtar, doctores ſe cæteris reputantes, de unaquaque re ſenten iam dicere, aliorum dicta coram, vel clam carpere, potentum gratiam affectare, inquiete verſari, clauſtrum non continuo amare. Quid inde vero? Nam quæ hujuſmodi ſunt, non Crimina ſunt, ſed humanæ aliquorum labes, eæque perſæpe deterguntur. Utinam ſemper. An autem paucorum vitium membrorum multitudini eorum commune erit! An ex parte una corporis, fœda quæ ſit, reliquas omnes labefactatas fuiſſe deducemus? An quia milites aliquot imbecillo animo, & armia conterriti fugæ ſe dedunt; phalanges quaſque totius exercitus arbitrabimur, timore concuti, nec cum hoſtibus alacriter congredi, ac palmam victoriæ iſtis ignominioſe turpiterque relaxare? Ineptæ prorſus, ac falſæ conſecutiones. Quum in unoquopiam Religioſo notatur aliqua remiſſio, vel deflexio a religioſa diſciplina, totus Ordo notatur diſſipationis obſervantiæ, & defectionis a primævo inſtituto. Hæc calumnia inſulſa admodum, & iniqua eſt; non ſecus ac ſi, dum aliquis detegitur adulter, vel faber fur, inducantur omnes homines ceu mœchi, ceu fures fabri omnes; ut Theophilus Raynaudus appoſite obſervat. Ignorat elementa rectæ ratiocinationis quiſquis ex paucis contingentibus univerſitatem putat colligi, comprehendique, quemadmodum ſi aliquot hominum nigredine, univerſis eam communem arbitretur fieri. In quavis hominum conditione, ac ſtatu aliqui vitio laborant: vitium ergo exſecramur, non ſtatum hominum; quemadmodum exſecramur adulteria conjugum, (quæ utinam nulla eſſent, vel pauca) non vero Matrimonium inſtitutum ſane a Deo; ac propterea ob perverſitatem adulterorum non ſunt contemnendi boni viri fidem ſervantes in Matrimonio; ac pari de cauſa ob relaxationem nonnullorum Regularium non ſunt plerique Regulæ ſuæ obſervantiſſimi deſpiciendi, ac multo minus Inſtitutum ipſum Religioſum per ſe ſane ſanctiſſimum.

Sanctiſſimum, ioquam; quoniam quum ul-

runt, luculentiſſima, ac certiſſima, omnibuſque adſpectabilia teſtimonia eſ-

ultra dicenda Cap. XIX, & XX, ex Religioſo vitæ ſcopo homo mundo valedicat, ejus bona abjiciat, & ſcandala ejuſdem oderit, cupiatque donorum gratiæ copiam, ut puriores, perfectioreſque exerceat virtutes, & Chriſti Domini, per illarum exercitium ſedulus fiat ſectator; nemo non intelligit, quam arcta verſetur conjunctio inter Religionem Evangelicam, & Regularia Inſtituta; quum præcipua eorum officia ex Evangelio ipſo deprompta ſint, in quo fundamentum nacta ſunt. Vix ergo cultor devotus Evangelii dici poteſt, qui Status Religioſi aſpernator eſt; hic quippe Status imago egregia Evangelii eſt. Quare cœleſtis hæc Philoſophia ſine ſcientiarum apparatu, ſine humanæ ſpe gloriæ, ſine divitiarum adminiculo, aut voluptatum illecebra, in omnes propemodum orbis regiones diffuſa eſt non longo temporis ſpatio, nec in calidas tantum Orientis; ſed etiam in Galliam, Angliam, Alemaniam, aliaſque Septemtrionis partes ſucceſſive penetravit; & pari ferme gradu, quo Chriſtiana Religio dilatata eſt ibidem, etiam Cœnobia erecta ſunt, & alumnis ejuſdem Philoſophiæ cultoribus impleta, ut recte ait Anonimus. Quis igitur eam non revereatur. Quis eidem mancipatos honorabiles non habeat? Angelicus Doctor Apoſtolos aſſerit primarios Religioſæ vitæ cuſtodes, adeo illa & refulget, & excellit.

Idem pag. 193. Solemnium, quæ a Regularibus nuncupantur, votorum vindicias inſtruere hoc libro non cogitaſſem, niſi legiſſem, quod non multo anta litteris contra Religioſi ſtatus ſanctitatem, exaratum eſt, ſcilicet Monaſtici ſtatus intrinſece malam eſſe naturam, & ad corruptelam, ad vitium, ad perditionem facile ducentem, propterea quod vinculum votorum perpetuum repugnat naturali hominis volubilitati, cujus cauſa eidem minime conſtare poteſt, probaturus ſe quovis tempore ea, quæ ſemel contra univerſas humanitatis inclinationes elegit. Quum hæc perlegerem, diſpexi non difficulter, quanta horum eſſet conjunctio duobus cum Articulis Joannis Wicleff inter damnatos a Conſtantienſi Concilio, & a Martino V, Conſtit. *Inter cunctas* 1418, nam ita ſe habet Articulus Ordine 22. *Sancti inſtituentes Religiones privatas, ſic inſtituendo peccaverunt*. Articulus 31 ejuſmodi eſt: *Peccant fundantes Clauſtra, & ingredientes ſunt viri Diabolici*. Quocirca quemadmodum has duas Theſes, ita & ſuperiores execramur ob apertiſſimam intimamque harum cum illis conjunctionem.

At etiam ſumptæ cauſæ hujus juſtitia roboranda contra refractarios, ultra congeſta jam in Cap. XIII, & ultra diſertiſſime pertractata in Ephemeride Eccleſiaſt. Rom. ad an. 1786, & 1788, de ſanctitate, ac firmitate votorum etiam in ſuppreſſis Regularibus, quæ invictis argumentis confirmat hoc ipſo anno 1790 in Epiſt. Paſtorali ad Regulares ſuæ Diœceſis miſſa vigilantiſſimus Telonis Antiſtes, & pleno in lumine collocanda, (quamvis per ſe evidens ſit) quoad eos ſaltem, ad quos ejus lumen, ſi quidem illi data opera non claudunt oculos, nondum delatum eſt. *Religioſi dicuntur, qui totam vitam ſuam divino cultui dedicant, a mundanis negotiis ſe abſtrahentes*, inquit S. Thomas; additque, eoſdem, *non ſe ſubjicere homini propter hominem, ſed propter Deum ſecundum illud Apoſtoli Galat. IV: Sicut Angelum Dei excepiſtis me, ſicut Chriſtum Jeſum*. Alibi ait de Religioſis, *quorum tota vita divinis obſequiis mancipatur*. Per quatuordecim & amplius ſæcula, ab initio immo Eccleſiæ fovit magnopere ſtatum illorum, qui mancipabantur Dei famulatui, qui Aſcetæ, Monachi, dein Religioſi dicti ſunt. Quis pravum jactet, & ablegandum ſtatum, ſemper in Eccleſia probatum, retentum, & a Sanctis introductum? An alia eſt ſumma cujuslibet Regulæ, ac Conſtitutionis Religioſæ, quam

Digitized by Google

quam obſervantia exactiſſima præceptorum, ac votorum, Clauſtralis diſciplinæ Regularum ſimulque veræ, perfectioriſque pietatis cultus? Origo ipſa, & ipſa primordia Monachalis ſtatus confirmare id valent, quatenus ex S. Hieronymo Thomaſſinus eruit, diſciplinam Monaſticam ab exordio compoſitam fuiſſe juxta exemplar, & formam primævæ diſciplinæ Eccleſiaſticæ; idque ſcite ſpectaſſe Monachorum Auctores; *nec enim potuiſſe filios Eccleſiæ ſapientiſſimos, & virtute præſtantiſſimos non ad optimæ parentis voluntatem, & mores ſeſe conformare*. Unde quam ſacra, quam utilia vota Religioſa ſint, cum quamplurimis oſtendit Noghera alibi cit. & Co. Alphonſus Muzzarelli ultra S. Thomam, Theologos communiter, alioſque. Ex Conciliis Toletano IV, Cloveshovienſi Sæculo VIII, Moguntinis duobus ſæculis, IX, & altero; Thedonis-Villa, Pariſienſi, & Londinenſi Sæc. XIII, aliiſque, reſultat dignitas Monachalis ſtatus, Eccleſiæ, ac Regum cura pro diſciplinæ conſervatione; cum origine a Deo, & ab Apoſtolis deducta; quem Sanctiſſimi Patres excoluerunt, Reges propagarunt. Quamobrem S. Theodorus Studita in Teſtamento vocavit Monaſticum ſtatum *ſublimem, excelſum, Angelicum, qui & peccata omnia expurget abſolutæ vitæ perfectione*. Quocirca & ad perfectionem Religioſos ſtrictius teneri, probat Cardinalis Bona poſt S. Thomam alioſque uniformiter Theologos.

Extollitur hinc maxime Regularis ſtatus natura, dignitas, ſanctitas, ſi enim *gloria magna eſt ſequi Dominum*, ex Eccl. Cap. XXIII, 8, profecto in præcelſo honoris conſtituuntur gradu, qui divino mancipantur cultui, & quidem immobiliter, ac invariabiliter per ſolemnia vota; & propterea mundanis negotiis quibuſlibet, curiſque profanis valedicunt. Sternunt ſibi facilem viam ad aſſecutionem perfectionis charitatis; ad eamque, quæ finis omnis Religionis piique ſtudii ejus eſt, præparant animum, ac diſponunt per vota, & uſum plurimorum, quibus donantur, congruentiſſimorum mediorum, quæ ex ſtatu ipſo eorum ſuppetunt, juxta ejuſdem Angelici Magiſtri doctrinam. *Perfectio charitatis eſt finis ſtatus Religionis. Status autem Religionis eſt quædam diſciplina, vel exercitium ad perfectionem perveniendi, ad quam quidem aliqui pervenire nituntur exercitiis, ſicut etiam Medicus ad ſanandum uti poteſt diverſis medicamentis*.

Quum vero ad perfectionem Religionis requiratur emiſſio votorum, & ideo obligatio ad ea, quæ perfectionis ſunt, obligatio hæc firmatur per vota paupertatis, continentiæ, obedientiæque. *Et ideo Religioſus ſtatus requirit, ut ad hæc tria aliquis voto obligetur*; ait D. Thomas allegans ſententiam D. Gregorii M. ſuper Ezechielem: *Quum quis omne, quod habet, omne, quod vivit, omne, quod ſapit, omnipotenti Deo voverit, holocauſtum eſt*. Hinc non dubia inſignis horum votorum excellentia, quæ hominem Deo immobiliter, ac perpetuo conjungunt obligatione ſua, & ad perfectionem charitatis deducunt.

Neque novum videri debet in Eccleſia Chriſti, ut votis obſtringant ſeſe, qui ſoli Deo per omnem vitam præcellentiori ratione famulari deliberant; quum & Nazaræi in veteri Lege nutu Dei elicerent vota, & qui ſanctificationem præeligebant tam viri, quam mulieres juxta Numer. Cap. VI, 1, 2. *Vir, ſive mulier, quum fecerint votum, ut ſanctificentur, & ſe voluerint Domino conſecrare &c.* Quo capite deſcribuntur quoque conſecrationis ritus, & oblationes, ac ſacrificia offerenda.

Textum hunc oppugnantibus, aut irridentibus Regularia vota, objici pleno jure poſſe, dubitabit nemo; quum enim Deus locutus ſit ad Moyſem, & vota propoſuerit, quæ ultro emitterentur a deliberantibus ſe Deo conſacrare; idque in Lege ſervitutis, & pavoris, cur non elicere vota laus erit colentibus Legem Evangelicam, quæ charitatis, & perfectionis per ſe lex eſt? Præterea quum, obſervan-

te

Digitized by Google

eſſe, ſe ab majorum (c) ſuorum inſtitutione deſciviſſe, eaque nimis alte clamare, ſe priſtinæ avitæque diſciplinæ non eſſe inſtauratores, ut ipſimet gloriantur, ſed everſores.

Q V.

hæc fuerunt monaſticarum exemtionum initia, quibus cereroquin attentis, multa adhuc erant capita juriſdictionis, quam Epiſcopi in Monachos, & monaſteria exercebant.

Interea cum nova monaſteria in dies erigerentur, fundatores ipſi curabant, ut ab Epiſcoporum poteſtare eximerentur. Exemptionem hanc Epiſcopi ipſi ſuis decretis confirmaverunt; modo confirmaverunt, ratamque habuerunt majores Antiſtites, ipſe etiam Pontifex Maximus. Nondum tamen generalis exemtio erat: ſingularia monaſteria ſingulares exemtionis titulos, & modos exhibebant.

At Sæculo Eccleſiæ undecimo cum mores eſſent in Eccleſia corruptiſſimi, inceſſit probos omnes ſtudium, ut homines ad literarum Divinarum ſtudia, atque ad pietatis opera excitarentur. Hinc novi diverſis editis regulis erecti ſunt Monachorum Ordines; quod & Clericis occaſionem præbuit, ut æquabilem vitam inirent inſtitutis collegiis. Ordinum monaſticorum inſtitutio tam multiplex fuit, ut tandem decernere oportuerit, ne irrequiſito Pontifice Maximo novi Monachorum Ordines inſtituerentur. Id cavit Lateranenſe Concilium ſub Innocentio III, in c. ult. de relig. domib. An exitus voto reſponderit, rerum inde geſtarum experientia patefecit.

Interea ad cleri ſubſidium Monachi e ſylvis eremiſque locis, ad urbes, atque ad oppida etiam frequentiora migrarunt. Ibidem conſtituta Cœnobia; Monachi ſacris Ordinibus inisiati certam cleri partem conſtituere cœperunt, erectis ad monaſteria publicis templis, ad quæ fideles ſacrorum cauſſa convenirent. Qui in locis eremis adhuc degebant villarum, & pagorum curam Eccleſiaſticam receperunt, etiam ſuſcepto parochiali officio, atque, ubi ampli eſſent monaſterii, & prædiorum monaſticorum fines, recepto officio pene Epiſcopali. Faciles initio fuerunt Epiſcopi in indulgendis officiis: poſtquam vero Monachi exemtionis privilegiis ſe communiri curarunt, ſerius Epiſcopi agnoverunt, diœceſana jura plurimum imminui debuiſſe.

(c) Fleury Inſtit. Canonic. Part. I, Cap. XXV, §. 8. Poſt hæc multi Epiſcopi Monachorum pietati tacti vel ipſi conceſſerunt, vel ut Romæ exemptionem impetrarent, auctores fuerunt.

Fuldenſem Monaſterii exemptionem hoc modo factam fuiſſe oſtendit Baronius ad annum 755, n. 29.

Digitized by Google

Pontificia inſuper dignitate cumulato, atque hiſce præcipue Sæculis, quibus res id maxime ſuadere (*d*), ac poſcere videntur? Nam cum ſinguli Regularium Ordines non ſingulis modo, ut olim, concludantur Diœceſibus aut Provinciis, verum tam longe, lateque diffuſi ſint, ut iis, quibus Chriſtiana Reſpublica, finibus terminentur, proindeque non ad peculiarem aliquam, ſed ad Univerſam nunc pertineant Eccleſiam, cumque ea ſit harum omnium Societatum indoles, ut una, eademque vivendi ratio, eadem diſciplinæ regula, eadem regiminis forma ubique Diœceſium, ac Provinciarum ſervari debeat, hinc ea neceſſitas enata eſt, ut ſinguli Regularium cœtus in unius concederent poteſtatem, nempe illius, qui ad excubias Univerſæ Eccleſiæ divinitus eſt conſtitutus.

§. IV. Neque vero, ſi Monachos ſub Epiſcoporum jugum non mittimus, idcirco ab illorum cervicibus omne aliud jugum dejicimus. Habent enim

(d) Conſtantinus Roncaglia in Hiſt. Natalis Alex. Tom. XIII, pag. 417, edit. Pariſ. 1744. Rationes, quæ impulerunt Pontifices ad communiendos Regulares varia privilegia indulgendo adverſus Epiſcoporum jurisdictionem ad ſequentia capita reducuntur. Labes ſimoniaca, qua quandoque Epiſcopi Clericique tabeſcebant. Vita præſulum ſæcularis, divitiarumque ambitus, unde potius ab eis deſtruenda quam promovenda regularis diſciplina videbatur. Improba Epiſcoporum dominatio, unde non tamquam patres, ſed tamquam rigidiores Domini Monaſteria pro ſola regebant voluntate. Hæc quæ Natalis etiam non præterit, & alia gravamina quæ recenſentur *cap. nimis iniquæ, & cap. nimis prava de exceſſ. Prælat.* Quod ſi veritatem diſſimulare nolimus, fatendum etiam ſane eſt, Romanos Pontifices quampluribus privilegiis Regulares foviſſe, ne prorſus remuneratione carerent tot labores, quæ pro Eccleſia Dei ſubiere. Compertum eſt, Deum in Eccleſia Regularium Ordines ſuſcitaſſe, ut illos veluti ſuos milites hæreticis oppoueret, vitiiſque irruentibus objiceret. Illos etiam veluti Fidei ſatores omnis ætas inſpexit, atque ita non ſolum pluribus in locis hæreſibus, verum etiam idolatria eradicatis, ipſorum ſudore, vigiliis, ac ſanguine veræ fidei diſſeminatum frumentum coluere. Ob hæc ergo incommoda, quæ Regulares non otio torpeſcentes, nec pravis moribus irretiti, ſed omnium virtutum exemplis mundo illuceſcentes ſubiere, Romani Pontifices pluribus privilegiis decorarunt, & ſua ſub immediata tutela tutos quieſcere voluere. Cum vero ſæpe conquererentur Epiſcopi a Regularibus adverſus ipſorum jurisdictionem obtenta privilegia præter jus objici, eorumdem revocationem non ſemel expoſtularunt, atque ad id obtinendum ſuum tractatum hac de re concinnatum obtulit Concilio Vienneuſi Willelmus Durandus Epiſcopus Mimiatenſis. At nec Concilium, nec Clemens V ipſorum votis adnuendum putarunt, quapropter, teſte Nangii Continuatore Clementem VI, ann. 1351, Avenione commorantem adierunt, ut conceſſa Regularibus privilegia revocarentur. Neque tamen tunc ipſorum ſupplicationibus ceſſit Clemens, ſed ipſemet ſub Epiſcoporum oculos expoſuit, quos Regulares pro excolendis ipſorum Diœceſibus ſubireut labores, quanti Epiſcopis, Parochiſque eſſent levaminis, quam pro univerſa Eccleſia adlaborarent. Verum Concilium Conſtantienſe ſeſſ. 43 irrita voluit quæcumque privilegia obtinuiſſent Regulares poſt obitum Gregorii XI, ſive ea ficti, ſive veti Pontifices conceſ-

Digitized by Google

enim Monachi, & Regulares ſuos Archimandritas (*e*), & Cœnobiarchas Juriſdictione quaſi Epiſcopali indutos, quibus obedire, ac parere tenentur, non ſecus ac Clerici ſuis Epiſcopis. Ac quemadmodum Epiſcopi in ſuis Urbibus Generales ſibi adjungunt Vicarios, quorum vigilantia atque opera in Diœceſi adminiſtranda utantur, ita Cœnobiarchæ, intra Monaſteriorum ſuorum ſepta Præfectos quoſdam, ſive iſti loquuntur, Priores Clauſtrales conſtituunt, quos ad ea adhibent, quæ ad ſodalitatis gubernationem ſpectant. Et quia plerumque minores aliqui conventus, & ſodalitia Monachorum ſunt, quæ principi Monaſterio ſubſunt, ita alii quidam Præfecti eo dimittuntur, quos Priores Conventuales vocant; atque hoſce noſtrarum Parochiarum Rectoribus recte aſſimilaveris. Ita Regularium Communitates alteræ ſunt Diœceſes, in quibus præter Characterem Epiſcopalem, & quæ hujuſce ſunt conſectaria (*f*), habes alia omnia Epiſcopalia ornamenta, decora, atque virtutes.

QU.

ceſſiſſent. Ea ſolum excepit quæ in fundatione aut quæ obtenta fuerant cum aſſenſu illorum, quorum intererat.

Summopere vero in privilegia Mendicantium exarſere Epiſcopi in Concilio Lateranenſi V, ann. 1515, ac non amplius ſeſſionibus adſuturos unanimiter profeſſi ſunt, ni Pontifex Bullam, quæ *Mare Magnum* appellatur, revocaſſet. Quod expoſtulabant randem obtinuiſſent, ni Cardinales non exigua mala metuentes apud Pontificem interceſſiſſent: ex quo factum eſt ex aliqua tantum parte, ægerrime id ferentibus Epiſcopis, Bullæ privilegia Leonem X irrita voluiſſe. Legantur Raynaldus ad ann. 1515, & 1516, & Spondanus ad ann. 1516. Quæ vero moderatum fuerit Concilium Tridentinum Regularium privilegia variis in locis expendunt Canoniſtæ, & præcipue Fagnanus *in Cap. Grave de Offic. Ordin.*

(*e*) Ut Monachi ſui inſtituti munia facilius obirent, plerumque Monaſteria plures, ac diverſas in claſſes partita, iiſdem idonei Antiſtites præpoſiti ſunt. Deni Monachi uni cuidam parebant, quem *Decanum* vocabant, & centeni alium quendam ſibi præpoſitum habebant, inde *Centenarium* dictum. Præter hos erant quoque Patres plerumque hebraico vocabulo *Abbates* dicti; & *Hegumeni*, hoc eſt Duces: dicti quoque *Archimandritæ* a *mandra*, ſive ovili; quod eſſent horum ſacrorum in Eccleſia gregum cuſtodes, ſive ductores.

Abbatum ſumma erat poteſtas: ad ipſos enim ſpectabat 1 Divinorum officiorum adminiſtratio. 2 Diſciplinæ Monaſticæ directio. 3 In Monachos ab Officii ſui præſcripto deflectentes animadverſio, ac pœnis cum corporalibus, tum ſpiritualibus coercitio. Pœnæ ſpirituales erant Cenſuræ Eccleſiaſticæ, præcipue vero Euchariſtiæ, ſacrorumque omnium interdictio. Pœnas corporales duplicis generis indicat Caſſianus *Col. II*, *Cap.* 16, nimirum plagas, & expulſionem: tum *ibidem* crimina, ob quæ ejuſmodi pœnæ infligi conſueverint, ſigillatim enumerat.

(*f*) Benedict. XIV de Synod. Diœceſ. Lib.

Digitized by Google

Lib. IX, cap. XV, §. 4, pag. 212. Ea in quibus Epiſcopus Regulares habet obnoxios ſingulariter recenſentur ab Auctoribus de hac materia tractantibus, præcipue ab Eraſmo Chokier *de juriſdict. Ord. in exempt. part. 2, quæſt.* 45, Fagnano *in Cap. Grave, de Offic. Ord. a num.* 37, *uſque ad fin.* Natali Alexandro *in Append.* 1, *ad tom.* 17 *Theolog. Dogmat. & Moral.* e quibus pauca quædam ſeligimus. Et primo quidem Regulares, delinquentes contra Decretalem Innocentii III, *in Cap. I, de cuſtod. Euchariſt.* non ſolum a ſuo Superiore Regulari, ſed etiam ab Epiſcopo, cui tanti Sacramenti cura debet potiſſimum incumbere, corrigi, & puniri poſſunt; ſicuti, approbante Benedicto XIII, die 8 Januarii 1724, reſcriptum fuit a Sacra Congregatione Epiſcoporum, & Regularium, cujus decretum refertur in *Appendice* ad citatam Synodum Neapolitanam, habitam a Cardinali Pignatello *num.* 20. Et quoniam ad SS. Euchariſtiæ majorem venerationem confert, ne paſſim, & ſine cauſa, publicæ Fidelium adorationi exponatur; propterea Sacra Congregatio Concilii, apud citatum Fagnanum *num.* 77, cenſuit, non licere Regularibus, illam in propriis Eccleſiis, ſine velamine exponere, niſi ex cauſa publica, a loci Ordinario approbata. *Sacra &c. cenſuit* (ſunt verba decreti editi die 17 Auguſti 1630.) *non licere Regularibus etiam in eorum propriis Eccleſiis, ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum publice adorandum exponere, niſi ex cauſa publica, quæ probata ſit ab Ordinario, ex cauſa autem privata poſſe, dummodo Sanctiſſimum Sacramentum e Tabernaculo non extrahatur, & ſit velatum ita, ut ipſa Sacra Oſtia videri non poſſit.* De quo argumento plura a nobis collecta legi poſſunt Inſtit. 30.

Præterea Concilium Tridentinum in decreto *ſeſſ.* 22, *de obſervandis, & evitandis in celebratione miſſæ*, poſtquam plura ſtatuit religioſe ſervanda in celebratione hujus tremendi Sacrificii, addidit: *Hæc igitur omnia, quæ ſummatim enumerata ſunt, omnibus locorum Ordinariis ita proponuntur, ut non ſolum ea ipſa, ſed quæcumque alia huc pertinere viſa fuerint, ipſi, pro data ſibi a Sacroſancta Synodo poteſtate, ac etiam ut delegati Sedis Apoſtolicæ prohibeant, mandent, corrigant, ſtatuant, atque ad ea inviolate ſervanda, cenſuris Eccleſiaſticis, aliiſque pœnis, quæ illorum arbitrio conſtituentur, Fidelem Populum compellant, non obſtantibus privilegiis, exemptionibus, appellationibus, ac conſuetudinibus quibuſcumque.* Ex quibus verbis aperte conficitur, amplam, atque indefinitam auctoritatem datam eſſe Epiſcopis compellendi Regulares quoſcumque ad plenam, & exactam obſervationem non tantum eorum, quæ in præfato decreto continentur, verum etiam aliorum, quæ ipſimet Epiſcopi ad majorem illius ineffabilis Myſterii decorem, & cultum duxerint præcipienda: quocirca laudatus Cardinalis Lanfredinus in citata Synodo Cingulana jure dixit: *Cum etiam Regulares, ex vi decreti Sacri Concilii Tridentini, ſubſint correctioni, & punitioni Epiſcopi, ſi commiſerint prohibita, vel indecentia in Eccleſiis, etiam ſuorum Ordinum, circa Miſſæ Sacrificium (prout alias a Sacra Congregatione Concilii declaratum fuit), diligenter caveant eorumdem Ordinum Superiores, ne hujuſmodi poteſtate, nobis competente, uti cogamur in ſibi ſubjectos Sacerdotes.* Quoniam vero in eodem Tridentini decreto Epiſcopis præcipitur, ut *ſinguli in ſuis diœceſibus interdicant, ne cui vago, & ignoto Sacerdoti Miſſas celebrare liceat*, jure pariter Joſeph Cardinalis Spinelli, Archiepiſcopus Neapolitanus, die 5 Januarii 1743, ſub pœna ſuſpenſionis a Divinis ipſo facto incurrenda, etiam Regularibus injunxit, ne quempiam exterum Sacerdotem in ſuis Eccleſiis celebrare permittant ſine prævia Ordinarii licentia; quod & a nobis vetitum fuerat *in noſtra Inſtit.* 31, §. 1. Pro ſua quippe rerum Eccleſiaſticarum ſingulari peritia probe noverat idem Cardinalis, prædicti decreti virtute, factam eſſe Epiſcopis facultatem

etiam

etiam cenſuris animadvertendi in contumaces, & inobedientes Regulares. Enimvero, cum in eodem decreto cautum reperiatur, ne Epiſcopus quemquam patiatur Miſſam celebrare extra Eccleſiam in Altari portatili; idcirco Sacra Congregatio Concilii die 4 Junii 1672, licuiſſe cenſuit Archiepiſcopo Toletano, contravenientes Regulares, etiam cenſurarum inflictione coercere: uti habetur *lib. 27 decretor. pag.* 406. Atque, generatim loquendo, *in his, in quibus a Jure communi, a Sacro Concilio Tridentino, a Conſtitutionibus Apoſtolicis tributa eſt Epiſcopo juriſdictio in Regulares, poteſt illos etiam per cenſuras Eccleſiaſticas compellere*: quod totidem verbis ab eadem Sacra Congregatione reſcriptum legimus ad Epiſcopum Nebienſem die 7 Februarii 1632, *lib.* 14 *decretor. pag.* 571, *a tergo*. Ob eamdem rationem, quia ſcilicet Tridentinum *Seſſ.* 25, *de invocat. venerat. & reliq. Sanctorum*, decrevit, ne in ulla Eccleſia, quomodolibet exempta, ulla exponatur inſolita Imago; aut nova Reliquia, ab Epiſcopo non approbata, minime dubitandum eſt, quin poſſit Epiſcopus inobedientes Regulares quibuſcumque pœnis, etiam cenſurarum compeſcere; quod etiam ex decreto colligitur edito a Sacra Congregatione Concilii 5 Junii 1700, apud Monacellum *in formul. tom. I, tit.* 3, *formul.* 8, *n.* 49.

Eadem porro Sancta Tridentina Synodus *ſeſſ.* 25, *cap.* 1, *de Regular.* Bonifacii VIII Conſtitutionem renovans, quæ legitur *in Cap. Periculoſo, de ſtatu Monachorum, in* 6, Sanctimonialium clauſuræ exactam cuſtodiam Epiſcopis commiſit, iiſdemque mandavit, *ut in omnibus monaſteriis ſibi ſubjectis, ordinaria, in aliis vero, Sedis Apoſtolicæ auctoritate, clauſuram Sanctimonialium, ubi violata fuerit, diligenter reſtitui, & ubi inviolata eſt, conſervari maxime procurent, inobedientes, atque contradictores, per cenſuras Eccleſiaſticas, aliaſque pœnas, quacumque appellatione poſtpoſita, compeſcentes*, Hanc vero ſanctionem explicavit, ampliavitque Gregorius XV, in ſua Conſtitutione 18, incipiente *Inſcrutabili*, Bullar. tom. 3, decernens quoſcumque Regulares, delinquentes in iis, quæ reſpiciunt clauſuram Monialium, etiam ipſiſmet Regularibus ſubjectarum, aut perſonas intra monaſterii ſepta degentes, corrigi, & puniri poſſe ab Epiſcopo loci tamquam Apoſtolicæ Sedis delegato. Quo vero ſanctius Monialium clauſura cuſtodiretur illæſa, Alexander VII, in ſua Conſtitutione 156, quæ incipit *Felici*, *Bullar. tom.* 5, ſtatuit, Prælato Regulari ſemel dumtaxat in anno, occaſione viſitationis, ſas eſſe monaſterii ſibi ſubjecti ſepta ingredi; ſi autem neceſſitas urgeat ſæpius in anno idem Monaſterium ingrediendi, id non aliter Prælato Regulari licere voluit, quam cum præſentia Epiſcopi diœceſani, aut alterius perſonæ Eccleſiaſticæ, ab ipſomet Epiſcopo ſpecialiter deputandæ.

Et quoniam crebræ allocutiones Regularium cum Monialibus, viſæ ſunt quodammodo adverſari fini perfectæ clauſuræ, cujus præcipuus ſcopus fuit ſegregare Moniales ab hominum conſortio, ut liberius orationi vacent, & Deo unice intendant; idcirco pluribus Pontificiis ſanctionibus vetitus fuit regularibus acceſſus ad Moniales, etiam ſui Ordinis, ſuiſque Prælatis ſubjectas, ſine expreſſa licentia non ſolum ejuſdem Prælati Regularis, ſed etiam Epiſcopi. Sancitum id fuerat a Sixto V, anno 1590, cujus decretum Paulus V, Urbanus VIII, aliique Poſteriores Pontifices confirmarunt, & renovarunt. Verum, quia Regulares varia tentarunt effugia, ut ejuſmodi decretum eluderent, novis propterea ſanctionibus fuit toborandum, & clarius explicandum. Dictitabant plerique, gravis culpæ reos non fieri Regulares, alloquentes Moniales ex rationabili cauſa, atque ad honeſtum finem. Alii ſubtilius ratiocinantes opinabantur, horæ quadrantem cum dimidio, reſpectu ſpatii viginti quatuor horarum, quibus dies naturalis abſolvitur, exiguam eſſe materiam, quæ

quæ Eccleſiaſtici præcepti tranſgreſſionem plerumque excuſat a gravi noxa; ac proinde, per tanti temporis intervallum, quod clepſydra metiebantur, putabant, ſe poſſe, ſine periculo lethalis peccati, cum Monialibus loqui, nulla petita ab Epiſcopo licentia. Arbitrabantur alii, ſaltem prædicto Decreto non comprehendi Regulares prædicationis munus obeuntes in Monialium Monaſteriis, quibus idcirco docebant licere, poſt expletam concionem, ſermonem cum illis habere, præſertim de rebus ſpiritualibus, in ipſa prævia concione tractatis. Sed iſtas omnes cavillationes amputavit Sacra Congregatio Concilii, quæ die 11 Maji 1669, approbante Clemente IX, declaravit, Regulares quoſcumque, *abſque legitima facultate accedentes ad colloquendum, etiam per quodcumque modicum temporis ſpatium, cum Monialibus, aut aliis intra clauſuram degentibus, peccare mortaliter, eoſque ſub excommunicationis, privationis vocis activæ, & paſſivæ, aliiſque contra Regulares accedentes, ſine licentia, ad Monaſteria Monialium ſtatutis pœnis, poſſe ab Ordinario tamquam Sedis Apoſtolicæ delegato coerceri.* Et die 26 Novembris 1672, reſpondit, nullam quamtumvis honeſtam, & rationabilem cauſam eximere a gravi culpa Regulares accedentes ad Moniales ſine Epiſcopi licentia. Ac die 21 Maji 1678, iiſdem pœnis affici dixit Regulares, qui poſt habitam ad Moniales concionem, de quibuſcumque rebus cum iiſdem loquuntur, niſi ſpecialem quoad hoc facultatem ab Epiſcopo antea impetraverint. Hæc, aliaque ſacræ Congregationis decreta, eamdem materiam reſpicientia, ſimul collecta habentur poſt Diœceſanam Synodum Piſanam anni 1708, & in Appendice ad Synodum Lucanam habitam ab Archiepiſcopo Colloredo anno 1736.

Ad eamdem clauſuræ materiam pertinet tranſlatio Monialium de uno ad aliud etiam ejuſdem Ordinis & Inſtituti Monaſterium. Sed hæc Apoſtolicæ Sedi reſervata eſt; ſicuti conceſſio licentiæ egrediendi e Monaſterio. Nihilominus, eveniente aliquo repentino caſu, quo haberi nequeat recurſus ad Sedem Apoſtolicam, permitti poteſt Monialibus egreſſus e Monaſterii clauſtris. Verum hujuſmodi caſus tres omnino numerantur; nempe magnum incendium, infirmitas lepræ, ac epidemiæ, ſive peſtis. Et quoniam Epiſcopus, ut ſupra dictum fuit, ex Apoſtolicæ Sedis & Concilii Tridentini delegatione, clauſuræ Monialium cuſtos eſt etiam quoad Monaſteria ab ordinaria ſua juriſdictione exempta; idcirco S. Pius V Pontifex Maximus in ſua Conſtitutione, quæ incipit *Decori & honeſtati*, *in Bullario veteri tom. 2, num. 8, & in poſtrema Romana editione tom. 4, part. 2, num. 13*, voluit, ut, ubi Moniales, etiam Regularibus ſubjectæ, neceſſe habeant, ad evitanda prædictarum infirmitatum pericula, e Monaſterio exire, non modo Prælati Regularis, ſed etiam Epiſcopi licentia in ſcriptis accedat. Olim excitata fuit controverſia, an, præter caſus ſuperius expreſſos, Moniales e clauſtris extrahi poſſint abſque Auctoritate Apoſtolicæ Sedis, eveniente nimirum caſu aliquo ita gravi, ut aliis ſupradictis, in S. Pii Conſtitutione expreſſis quodammodo æquipolleat, ut puta, ſi Monialis aliqua, propter morum pravitatem, ab uno ad aliud Monaſterium transferenda judicetur; ſiquidem morum corruptela epidemico morbo æquiparari poteſt. De hac quæſtione inter Doctores Salmanticæ actum fuit, quo tempore Cardinalis de Lugo in ea Civitate morabatur. Et hic quidem *in ſuis Reſpons. moral. lib. 3, dub. 18*, ſententias Theologorum, & Canoniſtarum celebris illius ſtudiorum Univerſitatis exponit: ipſe vero eam amplectitur, quæ docet, minime licere ſine auctoritate Sedis Apoſtolicæ, Monialem ab uno ad aliud Monaſterium transferre in pœnam delicti ab ea commiſſi: hoc enim frequentius nimium tranſlationibus viam aperiret. Sed licitum eſſe ad hujuſmo-

Digitized by Google

modi tranſlationem procedere, propter evidens periculum ſcandali, & perverſionis aliarum Monialium; hunc etenim caſum vere putat æquipollentem eſſe morbo epidemiæ in Bulla S. Pii V expreſſo. Hujuſmodi autem ſententiæ innixi quidam, ulterius progreſſi ſunt contendentes, tranſlationem in hiſce caſibus fieri poſſe ſolo Prælati Regularis judicio, & imperio, non requiſita, aut obtenta Epiſcopi licentia. Quod tamen nullo pacto ſuſtineri poteſt. Si enim Epiſcopi auctoritas neceſſaria eſt pro extrahendis e clauſura Monialibus, etiam ab illius ordinaria jurisdictione exemptis, in ipſis caſibus litteraliter expreſſis in Bulla S. Pii V, quis unquam ſuadere poterit, Epiſcopi auctoritate opus non eſſe, ubi agatur de aliis caſibus, qui in Bulla nequaquam expreſſi ſunt, ſed ad illius diſpoſitionem ſola ratiocinationis ſubtilitate pertracti?

Neque vero prædictis tantum limitibus circumſcribitur delegata jurisdictio Epiſcopi in Regulares, ſed longe ulterius protenditur. Etenim coercitioni Epiſcopi fiunt obnoxii Regulares excipientes Confeſſiones ſæcularium ſine accepta ab Epiſcopo facultate, contra decretum Tridentini *ſeſſ.* 23, *cap.* 15, *de reform.* Item excipientes Confeſſiones Monialium etiam ſuo Ordini ſubjectarum, ſine prævia Epiſcopi approbatione, juxta Conſtitutionem 18 Gregorii XV, *Bullar. tom.* 3, & juxta Conſtitutionem 10 Clementis X, §. 4, *Bullar. tom.* 7, *pag.* 30. Hi enim Pontifices, juſtis, gravibuſque de cauſis, quas refert Fagnanus in *Cap. Cum Capella de privil.* hoc diſciplinæ caput ſtatuerunt, ut quamvis Prælati Regulares, Sacerdotibus Regularibus ſibi ſubjectis, etiam ab Epiſcopo non approbatis, & ſine illius licentia, facultatem tribuant excipiendi Confeſſiones ſuorum collegarum Regularium, minime tamen valeant Monialibus ſui Ordinis, quantumvis eorum guberno ſubjectis, inconſulto Epiſcopo, & ſine illius approbatione, Confeſſarios Ordinarios, aut extraordinarios deputare: ut videre eſt in citatis eorum Conſtitutionibus; quæ licet in Hiſpaniarum regnis ſuſpenſæ fuerint in vim cujusdam Brevis Urbani Papæ VIII relati apud Lezanam conſult. 40, num. 116, in aliis tamen Orbis Catholici regionibus, pro quibus ejuſmodi Brevia ſuſpenſiva non prodierunt, omnimodæ executioni demandari debent; quemadmodum Ultramontani etiam Scriptores fatentur, Thomaſſinus *de veteri, & nova Eccleſiæ diſciplina part.* 1, *lib.* 3, *cap.* 40, *num.* 7, Van-Eſpen *Juris Eccleſiaſtici tom.* 1, *tit.* 6, *de Sacram. Pœnit. num.* 21, Caballutius *in Theor. & Prax. Juris Canon. lib.* 1, *cap.* 11, *num.* 18, Genett. *in Theologia Moral. tom.* 4, *tract.* 6, *de Sacram. Pœnit. cap.* 8, Natal. Alexander in *Theologia Dogmat. & Moral. lib.* 2, *de Sacram. Pœnit. art.* 10, *regul.* 7.

Ad id rerum genus pertinent ea, quæ ſequuntur. Sacra Tridentina Synodus *Seſſ.* 25, *cap.* 10, *de Regular.* provide conſtituit, ut Superiores etiam Regulares Monialibus ſibi ſubditis Confeſſarium extraordinarium bis, aut ter in anno offerre tenerentur. Sed quoniam hujuſmodi Confeſſarius ſemper ex ipſo Superioris Regularis Ordine deligebatur, idque puſillos forte mulierum animos in graves ſæpe anguſtias conjiciebat, ſub Innocentio Papa XIII, poſt diuturnum examen circa plura diſciplinæ capita, quæ pro Hiſpaniarum regnis definienda, aut ſtabilienda proponebantur, habitum in Congregatione particulari ad id deputata, cui nos, tunc in minoribus conſtituti, Secretarii Officium præſtitimus, hoc etiam conſtitutum fuit, ut Superiores Regulares Monialibus ſibi ſubjectis ſemel ſaltem in anno Confeſſarium extraordinarium deputarent Presbyterum aliquem ad id approbatum, ſæcularem, vel alterius Ordinis Regularem: quod ſi id ab ipſis negligeretur, tunc Epiſcopi, pro ſui arbitrio, & conſcientia, deputationem hujuſmodi facere valerent,

nec

Digitized by Google

nec illa quovis titulo, aut prætextu a Superioribus Regularibus impediri poſſet: ut videre eſt in litteris Apoſtolicis ab Innocentio XIII editis, quarum initium eſt *Apoſtolici Miniſterii*, quaſque deinceps a Benedicto XIII in forma ſpecifica confirmatas, nos ipſi ad ſupremum Pontificatum aſſumpti, hac in parte, ad univerſum Orbem Catholicum expreſſe extendimus, & ampliavimus per noſtram Conſtitutionem, quæ incipit *Paſtoralis curæ*, quæque extat *tom. 2 Bullarii noſtri num. 56.*

Utque alios aliquot caſus enumerando exequamur, in quibus Regulares ſubjecti ſunt Epiſcopis tamquam Sedis Apoſtolicæ delegatis, omittendi non ſunt renuentes accedere ad Publicas Proceſſiones, contra Decretum Concilii Tridentini *ſeſſ. 25, cap. 13, de Regul.* Prædicantes in Eccleſiis ſuorum Ordinum, Epiſcopo contradicente, vel non petita ab eo benedictione, aut in alienis Eccleſiis ſine ejuſdem Epiſcopi licentia, contra decreta ejuſdem Tridentini *ſeſſ. 5, cap. 2, de reform. & ſeſſ. 24, cap. 4*, ac citatam Conſtitutionem *Inſcrutabili* Gregorii XV. Non ſervantes interdictum ab Epiſcopo latum, aut dies feſtos ab Epiſcopo indictos, vel recuſantes promulgare cenſuras, juſſu Epiſcopi denuntiandas, contra decretum *ſeſſ. 25, cap. 12, de Regular.* Concedentes litteras dimiſſoriales, aut Ordinis ſuis ſubditis ſæcularibus, contra decretum *ſeſſ. 23, cap. 10.* Publice docentes, non emiſſa prius Fidei profeſſione coram Epiſcopo loci, ad normam Conſtitutionis Pii IV editam anno 1564. Graviter delinquentes in adminiſtratione cujuslibet Sacramenti; quemadmodum expreſſe ſancitum fuit a Gregorio XV, in eadem Conſtitutione *Inſcrutabili*, §. 4. Notorie, & cum ſcandalo delinquentes extra clauſtra: hi quippe, juxta Conſtitutionem Clementis VIII editam 8 Martii 1596, puniri poſſunt ab Epiſcopo, niſi Superior Regularis, ab Epiſcopo admonitus, intra ei præfixum ab eodem Epiſcopo tempus, illos punierit, & de punitione Epiſcopum certiorem fecerit. Delinquentes in perſonam ipſius Epiſcopi, ejuſque juriſdictionem impedientes, juxta decretum Sacræ Congregationis Concilii, a Gregorio XIII approbatum, de quo Fagnanus *in cit. Cap. Grave, num. 76.* Tranſgredientes decretum ab Alexandro VII editum die 27 Septembris anno 1659, quo privilegia conceſſa Prælatis, Epiſcopo inferioribus, quoad uſum Pontificalium, intra certos terminos coarctantur, & locorum Epiſcopis poteſtas datur, decreti tranſgreſſores cenſuris coercendi. Præſumentes dare habitum ſui Ordinis mulieribus Tertiariis, non collegialiter viventibus, inconſulto Epiſcopo: privilegia enim, quæ ad id faciendum olim Regulares habuerant, ita hodie ſunt limitata, ut nulli queant habitum prædictum conferre ſine licentia Epiſcopi; ad quem pariter pertinet præmittere examen conditionum, quas ſacræ Urbis Congregationes in mulieribus exigunt, quæ inter prædictas Tertiarias cooptari petunt: de qua re pluribus nos deſeruimus *in noſtra Inſtit. 29*, ubi ediximus, Regularibus, priuſquam a loci Ordinario facultatem obtineant, de qua eſt ſermo, onus incumbere hæc rite probandi: primo ſcilicet, ſe privilegium habere a Sede Apoſtolica concedendi ſui Ordinis habitum fœminis non collegialiter viventibus: ſecundo, fœminas habitum actu petentes, eſſe probatæ vitæ, boniſque moribus præditas: tertio, eas ſuæ ætatis annum agere quadrageſimum: quarto, tot annuos redditus ex propriis bonis percipere, quot ſunt ad earum alimoniam neceſſarii: quinto denique, non cum aliis eas cohabitare, quam cum perſonis in primo tantum conſanguinitatis, vel affinitatis gradu ſibi conjunctis: aliqua vero, ex his conditionibus deficiente, debet Ordinarius petitam licentiam denegare. Quæ omnia *in prædicta noſtra Inſtitutione* præſcripta, jam antea expenſa a nobis pariter fuerant, occaſione cujuſdam cauſæ Ma-

zarien. Sacræ Congregationi Concilii, cujus Secretarii munere tunc temporis fungebamur, propoſitæ, & deciſæ 10 Maji 1727. *Theſaur. Reſolut. tom.* 4, *pag.* 55.

Sed tædet jam cetera proſequi, in quibus Regulares delegatæ ſubjacent Epiſcopi juriſdictioni. Qui ſingula exacte, & minutiſſime deſcripta videre deſiderat, citatos legat Chokier, & Fagnanum.

Q U.

Digitized by Google

QU. XXVII.

Ullum ne in Conciliis ſubſellii ſuffragiique jus largiris Cœnobiarchis?

§. I. CUM Concilia non tam ad *finiendam cauſam*, quam *ad finiendum errorem* indici, haberique ſoleant, ac quæ hactenus Generalia habita ſunt Concilia, ſi non omnia, pleraque certe non ad fidei oracula tum primum edenda, ſed ad ea ſancienda, firmandaque, non ad hæreſes damnandas, cum jam antea Apoſtolicæ Sedis judicio condemnatæ eſſent, ſed ad hæreticorum pervicaciam frangendam convocata fuerint (Vid. ſup. Lib. III, qu. XXXI, §. 8.); idcirco non ſolum Epiſcopi, ſed ſæpenumero etiam Cœnobiarchæ, Archimandritæ, aliique Præſules Juriſdictione quaſi Epiſcopali præditi ad Concilia evocati, ac ſubſellii, ſuffragiique jure donati (*a*), quo non jam præſcriberent quid credendum ſit, quid non, ſed declararent, quam ipſi, iique, quibus præerant, fidei ac morum regulam ſequerentur.

§. II. Vides igitur, cur Concilio Lateranenſi IV octingenti & amplius Cœnobiarchæ, Lateranenſi V ſex Regularium Ordinum Antiſtites ſubſcripſerint, cur in Florentina Synodo quatuor Religioſarum Familiarum Præſides, quadraginta & amplius Archimandritæ ſuffragium ſuum tulerint, cur denique in generali Tridentinorum Epiſcoporum Concilio octo Abbates, octoque Mendicantium So-

(a) Benedict. XIV de Synod. Diœceſ. Lib. XIII, Cap. II, §. V. Verum quamquam olim fuerit in poteſtate Epiſcoporum, Presbyteros, atque interdum etiam Diaconos ad Concilium Provinciale cum jure ſuffragii admittere; poſtea tamen ſuffragium deciſivum conceſſum fuiſſe ſolis Abbatibus, habentibus juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, eruitur ex Concilio Londonienſi anni 1075, in quo cautum fuit, ne quis in Concilio loquatur *præter licentiam a Metropolitano conceſſam, exceptis Epiſcopis, & Abbatibus*, pariter ejuſdem Concilii Statutis ſubſcripſerunt: *tom.* 6 ejuſdem Collectionis *part.* 1, *col.* 1558. Nec mirum eſt, Abbates fuiſſe hac prærogativa donatos, cum iidem, ſive ex privilegio, ſive ex conſuetudine, jus etiam acquiſierint interveniendi Conciliis Œcumenicis: quod profecto jam ante Concilium Conſtantienſe contigiſſe, aſſeruit Cardinalis Cameracenſis in ſchedula eidem Concilio oblata, apud Emmanuelem a Schelſtrate, inquiens: *Item ſciendum eſt, quod, quando in Conciliis Generalibus ſoli Epiſcopi habebant vocem definitivam, hoc fuit, quia habebant adminiſtrationem .... Poſtea addi-*

ti

Digitized by Google

Sodalitiorum Præfecti admiſſi fuerint (*b*). Neque enim fidei definitiones ab Cœnobiarcharum, eorumque, qui Regularibus viris præerant, ſuffragiis vim ſuam mutuabantur, ſed ab Epiſcoporum Summique Pontificis ſententiarum conſenſione atque concentu (Vid. ſup. Lib. IV, Part. II, qu. V.).

§. III. Nec vero ſequioribus Sæculis inductus in Eccleſiam mos eſt, ut Monachorum Præfecti in Conciliis ſedeant, ſuamque ſententiam ferant, ſed priſcis etiam, aureiſque Eccleſiæ temporibus id erat uſitatum. Nam Sanctus Benedictus in Concilio Romano anno 531, & ſubſellii, & ſuffragii honore dignatus (*c*) fuit, & in Conſtantinopolitana Synodo ann. 448, cum Eutyches damnatus fuit, Judices ſederunt viginti tres Archimandritæ una cum triginta Epiſcopis (*d*). Alia poſſem proferre exempla, ſed nolo plura in re noſtris jam moribus confirmata.

Q. VI.

---

ti fuere Abbates, eadem de cauſa, & quia habebant adminiſtrationem ſubjectorum. Quamobrem iidem, atque ob eamdem rationem, juriſdictionis ſcilicet, quam exercent in ſubditos, Ordinum quoque Regularium Superiores Generales ſubſcripſerunt Decretis Concilii Florentini, & Tridentini.

(b) Ludovicus de Baiſſey Abbas Ciſterc. & Generalis; Hieronymus Souchier, Gallus, Abbas Varavallen. Simplicianus Abb. Salvatoris Papiæ, de Vultolina Congregat. Caſſinen. Auguſtinus Loicus Hiſpanus, Abb. S. Benedicti de Ferraria Congregat. Caſſinenſ. Eutychius de Cordes Antuerpien. Abb. S. Fortunati apud Baſſianum Congreg. Caſſinen. Claudius de Sainctes, Gallus, Abb. Lunevillan. Coſmas Damianus Hortulanus, Hiſp. Abb. Villæbertrandi.

Generales.

Vincentius Juſtinianus, Genuen. Generalis Ordin. Prædicator. Cardin. Pii V.

Franciſcus Zamora Hiſpanus Generalis Ordin. Min. de Obſervantia.

Antonius de Sapientibus Auguſtanus, Generalis Ord. Min. Conventualium.

Chriſtophorus Patavinus Generalis Ord. Heremitarum S. Aug.

Jo. Baptiſta Migliavacca Aſten. General. Ord. S. Mariæ Servorum.

Stephanus Fazinus Cremon. Provincialis Lombardiæ, pro Generali Carmelitarum.

Jacobus Lainez Hiſpanus, Præpoſitus Generalis Societ. Jeſu.

Thomas Tiphernas Civitatis de Caſtello, in Umbria Generalis Cappuccinorum.

(c) Cav. hiſtor. litter. vol. 1, pag. 402, edit. Londin. MDCLXXXVIII. Anno DXXXI a Bonifacio II Romam ad Synodum evocatus eſt, eo majorem ſynodo auctoritatem præſentia ſua conciliaturus; quod ex Bibliothecæ Vaticanæ Codice refert Antonius Scipio Monachus Caſſinenſis.

(d) Concil. Chalced. Act. 7, Tom. IV, p. 231.

QU. XXVIII.

Quænam requiruntur, ut quis in Monachorum ſeu Regularium virorum album referatur?

Quodnam illis Tirocinium præcipis?

§. I. CUM Monachi, Regulareſque ideo inſtituti ſint, ut in iis primitivæ Eccleſiæ diſciplinam ſtantem, vigentemque ſemper haberemus (Vid. ſup. Qu. IX.); hinc fit, ut Monachorum regulæ ad primitivorum Fidelium mores, tanquam ad exemplar exactæ ſint, ac caſtigatæ. Quemadmodum igitur aliquandiu inter Catechumenos manere debebant (*a*) qui in Chriſtianorum numerum aſciſci volebant, ita inter no-

---

(a) Martene de Antiq. Eccleſ. ritib. Lib. I, Cap. I, Artic. VIII, pag. 21. *Etſi omni ætati, omni vitæ formæ, omnibus hominibus baptiſma conveniat*, ut loquitur S. Gregorius Nazianzenus in Oratione de Baptiſmo: antiquæ tamen leges Eccleſiaſticæ Catechumenos non niſi diu multumque probatos ſacræ regenerationis gratia donari permittebant, ſed ad eum fere modum, quo vitæ religioſæ candidati (novitios appellare ſolemus) ad ſolemnia vota nuncupanda, ante annuam ſaltem probationem apud Monachos non admittuntur; ita nec Catechumeni olim niſi poſt multum temporis ad baptiſmum recipiebantur. Et certe conſentaneum omnino non erat, ut qui Chriſtiano lacte nondum erant enutriti, cœleſti pane reficerentur, vixque fidei nomen agnoſcentes, fidelium Catalogo adſcriberentur: alioquin haud parum timendum fuiſſet, ne corrupti ab hæreticis aut gentilibus, Chriſtianæ Religionis myſteria ludibrio ac deriſioni infidelium exponerent. Merito ergo Concilium Conſtantinopolitanum I, can. 7. (Primo die, inquit, ipſos chriſtianos facimus, ſecundo Catechumenos, tertio exorcizamus .... Et curamus ut longo tempore verſentur in Eccleſiis, & audiant Scripturas, & tum eos baptizamus.) Quamdiu vero duraret illa probatio, nequaquam exprimit; ſed totum prudentiæ ac diſcretioni Epiſcoporum, aut Presbyterorum reliquit, ut ſicut varia Catechumenorum conditio, varia ingenia, varia morum integritas, religioniſque ac pietatis deſiderium poſtulabant, eos ſacris intingerent.

Varia probationis tempora.

Nonnullos tamen limites huic probationi præſcribunt alia concilia. Nam Concilium Agathenſe can. 34, decernit, ut (Judæi, quorum perfidia frequenter ad vomitum redit, ſi ad legem Catholicam venire

Digitized by Google

novitios per aliquod tempus verſari debent, qui in Regularium aliquem Or-

re voluerint, octo menſes inter Catechumenos Eccleſiæ limen introeant. Et ſi pura fide noſcuntur venire, tum demum baptiſmatis gratiam mereantur.) Tantumdem temporis in Catechumenatu expleviſſe Sanctum Auguſtinum ſcribit Ludovicus de Angelis in libro tertio de vita, & laudibus Sancti Auguſtini cap. 5, ſcilicet a vigeſima octava die menſis Auguſti, ad vigeſimam quartam menſis Aprilis. Concilio vero Eliberitana in Hiſpania, (eos qui ad primam credulitatis fidem accedunt, ſi bonæ fuerint converſationis; intra biennii tempus placuit ad baptiſmi gratiam admitti debere.) Idem temporis ſpatium etiam definivit Juſtinianus Imperator in Novella 144, cui unum annum adjiciunt Conſtitutiones Apoſtolorum lib. 8, cap. 38. Statuentes ut (qui catecheſi erudiendus eſt per tres annos erudiatur.) Sed & Eliberitanum Concilium idem conſtituit pro Sacerdotibus idolorum, qui Chriſtianam religionem amplecti voluerint. Ita enim habet canone 4. (Item Flamines, ſi fuerint Catechumeni, & ſe Sacrificiis abſtinuerint; poſt triennii tempora placuit ad baptiſmum admitti debere.) Ubi mirum prorſus videri poteſt, quod cum duos dumtaxat annos probationis aliis præſcribat, tres flaminibus injungat. Sed quia hujuſmodi homines omnibus gentilium ritibus, & vanis philoſophorum doctrinis imbuti, difficilius ad credendum poterant adduci, ac pluribus doctrinæ Chriſtianæ præceptis erant inſtruendi, majori etiam, & prolixiori opus habebant probatione. Unde tam erga ejuſmodi homines, quam erga philoſophos, alioſque doctiores viros paulo ſe difficiliorem in eis intra ſinum ſuum admittendis præbuit Eccleſia. Quare cum Arnobius adhuc ethnicus in civitate juventutem inſtrueret ad declamandum, & in ſomniis eſſet adactus, ut flagitaret baptiſmum, non antea illum impetraſſe ab epiſcopis refert Hieronymus in Chronico, quam profanam, quam profitebatur, gentilium religionem ſcripto impugnaſſet. Neque enim ſibi facile perſuadere poterant, ſincero illum animo religionem Chriſtianam velle profiteri; ſed ſolum myſteria quæ poſtmodum irrideret, perdiſcere. Non deſunt tamen, qui canonem illum non de ſimplicibus flaminibus interpretentur; ſed de flaminibus in grave aliquod peccatum prolapſis; id quod ex canone præcedenti, in quo de flaminibus mæchis agitur, inducunt. Solebat enim Eccleſia graviter peccantes catechumenos ab baptiſmi gratia longum in tempus removere. Hinc canon. 14 Concilii Nicæni: (De Catechumenis qui lapſi ſunt, viſum & ſanctæ & magnæ Synodo, ut ii tribus annis tantum audientes ſint, & poſtea orent cum catechumenis.) Et Concilium Eliberitanum canone 11 catechumenas lapſas in quinquenium differt. Aliter Concilium Neocæſarienſe peccantes catechumenos punit, quibus in peccati pœnam injungit, ut genuflexi audiant verbum Dei. Ita enim Canone 5, ex verſione Iſidori Mercatoris: (Catechumenus id eſt audiens, qui ingreditur Eccleſiam, & ſtat cum Catechumenis, ſi peccare viſus fuerit, figens genua, audiat verbum, ut ſe abſtineat ab illo peccato quod fecit. Quod ſi in eo perdurat, abjici omnino debet.) Qui quidem canon ita reperitur in codice canonum Eccleſiæ Romanæ, quem cum Leonis Magni operibus edidit Paſchalis Quenellius, licet paulo aliter legatur in textu græco, & in verſione Dionyſii exigui; ſed ſenſus hic planior.

Quæ aliquando breviabantur.

Cæterum his legibus non ita adſtricta erat Eccleſia, quaſi ab iis diſpenſare, cum ſic videret expedire, ac tempus præſtitutum abbreviare non poſſet. Nam Sanctus Gregorius lib. 7, Epiſt. 24, cuidam epiſcopo permiſit, ut Judæos in agro Agrigentino baptizari cupientes, poſt indictum

qua-

Ordinem recipi volunt (*b*). §. II. Duo ferme erant, quæ primis

quadraginta dierum jejunium, ſacris undis immergeret. Sanctus Pancratius una cum Patre Dionyſio poſt exactos viginti dies Catechumenatus, regenerationis gratiam promeruit. Sed neque tantum temporis obſervari curabat S. Otto Bambergenſis epiſcopus & Pomeranorum Apoſtolus, ſeptem dierum ſpatio contentus. Sic enim legimus in ejus Vita, quam ex quatuor coætaneis auctoribus colligit Andreas Abbas monaſterii Montis S. Michaelis prope Bambergam: (Ille cum Clericis, & Sacerdotibus ſeptem diebus eos catechizans, & de omnibus, quæ chriſtianæ religioni conveniebant diligentiſſime inſtruens, indicto trium dierum jejunio, juſſit ut corpora ſua balneis mundarent, lotis albiſque veſtibus indui mundo corde & corpore, mundoque habitu ad Sanctum baptiſma concurrebant.) Simile aliquid de Burgundionibus narrat Socrates in Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 7, cap. 30, ubi hæc habet. (Ad quamdam Galliæ Civitatem profecti poſtulant ab Epiſcopo, ut Chriſtianum Baptiſmum ſuſcipiant. Ille cum ſeptem dies eos jejunare juſſiſſet, ac fidei rudimentis inſtituiſſet, octavo tandem die baptiſmo donatos dimiſit.) Idem permittere videtur Anonymus quidam in Sermone olim in feſto Dedicationis legi ſolito, qui manuſcriptus habetur in antiquo Pontificali Eccleſiæ Rotomagenſis, & in Anglicano Monaſterii Gemmeticenſis annorum circiter 900, cujus ſermonis ſtylus Cæſarium Arelatenſem ſpirare videtur: (qui ſani ſunt, inquit, in Paſchalem ſolemnitatem ſerventur, & ſecundum Eccleſiaſticam regulam in diebus quadrageſimæ jejunent, & vigilent, & ad oleum vel ad manus impoſitionem accedant. Qui vero in aliqua feſtivitate filium ſuum baptizare deſiderat, juſtum eſt ut vel ante ſeptem dies cum ipſo ad Eccleſiam veniat, & ibi jejunet & vigilet; & filium ſuum ſicut ſupra dictum eſt ad oleum vel ad manus impoſitionem ſaciat accedere, & ſic legitimo ordine baptiſmi Sacramenta ſuſcipiat.) Immo aliquando ſtatim baptizabantur, quod ſuperbo illi contigit Philoſopho, qui cum argumentorum, reſponſionumque ſubtilitatibus congregatos in Nicæno concilio Patres diu multumque fatigaſſet; tandem nuda fidei noſtræ expoſitione, ſibi ab Epiſcopo quodam miræ ſimplicitatis, ac pietatis viro facta, de repente converſus, ſtatim baptizatus eſt, ut refert Gelaſius in Nicæni concilii Hiſtoria lib. 2, cap. 13. Sed huic facto repugnat ejuſdem Concilii can. 2. Idem Cypriano Magno contigiſſe videtur. Nam cum ab idolorum cultu, & dæmonum præſtigiis ad Chriſtum converſus eſſet, confractis ſuis ſimulacris, in magno die Sabbati ad Eccleſiam accedens, cum poſt lectionem ſcripturarum, inquiunt ipſius acta, (clamaret diaconus: *procedant Catechumeni*, Cyprianus autem ſedebat. Dicit illi Aſterius Diaconus: *Surge & exi Cypriane*. Dicit illi Cyprianus: *Servus factus ſum Chriſti, & foras me mittis?* Dicit illi Diaconus: *Nondum factus es perfectus ſervus Chriſti*. Dicit illi Cyprianus: *Vivit mihi Chriſtus, qui dæmones confudit, & virgines ſalvavit, & mei miſertus eſt, quia non exeam niſi perfectus factus fuero ſervus Chriſti*. Diaconus autem nunciavit hæc Epiſcopo. Convocans autem eum Epiſcopus, & interrogans voluntatem ejus ſecundum conſuetudinem Eccleſiæ, & inquirens diligenter omnia catechizavit eum diligenter, & ſic eum baptizavit) Ita ſincera S. Cypriani acta a nobis edita tom. 3 Anecdotorum.

(b) Martene loc. cit. Lib. V, Cap. II, pag. 218. Etſi Beatus Benedictus, aliique omnes antiqui vitæ Monaſticæ cultores non ante voluerint Noviṫios ſæcularem deponere veſtem, quam ſolemni votorum emiſſione Deo in perpetuum conſecrarentur, ut oſtendimus in comm. ad cap. 58, contrariumque uſum expreſſis verbis prohibeat congregata ſub Ludovico Pio Aquiſgranenſis Synodus; poſtea tamen in omni-

Digitized by Google

mis Eccleſiæ temporibus jubebant, periclitandos eſſe mores, & ingenia illorum, qui Chriſtianæ militiæ nomen dare cupiebant. Alterum ne vitioſis hominibus Chriſtiana Reſpublica oneratetur; Alterum ne Deſertoribus, atque proditoribus locus fieret. Quam ob rem Concilium Eliberitanum hæc ſtatuit can. 42. *Eos qui ad Fidem primam credulitatis accedunt, ſi bonæ fuerint converſationis, intra biennium placuit ad Baptiſmi gratiam admitti*. Atque Conſtitutiones Apoſtolicæ hujuſce tirocinii tempus ad triennium prorogarunt. Ο' μέλλων κατηχεῖσθαι, τρία ἔτη κατηχείσθω εἰ δὲ σπουδαῖος τις ᾖ καὶ εὔνοιαν ἔχῃ, τὸ πρᾶγμα προσδεχέσθω, ὅτι οὐχ ὁ χρόνος, ἀλλ' ὁ τρόπος κρίνεται.

§. III. Hæc itidem duo ſunt, quæ jubent, longa pericula fieri in illis, qui Religioſis Ordinibus ſe adſcribi poſtulant. Hinc in Ægyptiorum, Syrorum, ac Græcorum more poſitum erat, ut per triennium Candidatorum mores ſpectarentur, explorarenturque, antequam ad Collegarum ſocietatem adſcriberentur, quod teſtatur Juſtinianus Nov. I, Cap. II, idque ab Pachomio inſtitutum fuiſſe, tradit Palladius in Lauſiac. cap. 38, pag. 736, edit. Antuerp. Idem jus apud Latinos obtinuiſſe, conſtat ex Can. uni. Diſtinct. 53, & Can. 3, C. 17, Quæſt. 2. Nonnumquam biennium ſatis fuit, uti patet ex can. 6, cap. 19, qu. 3. Quinimo Benedictini annuo tirocinio contenti fuerant, quibuſcum Tridentinorum Patrum concinuit chorus Seſſ. XXV, cap. XV, de Regular. (c).

Q U.

omnibus paſſim Monaſteriis uſus invaluit, Novitios in ipſo ſui tyrocinii exordio habitu Monaſtico, a veſte tamen profeſſorum diſtincto induendi; idque non ſolum apud Latinos, ſed etiam apud Græcos, ut patet ex eorum Euchologio, & ex vita S. Lucæ junioris Thaumaturgi apud Boll. 7 Febr. quem Athenis cujuſdam Monaſterii Præfectus „ (in Monachum ſe ton„ det, tum habitu Monaſtico induit illo, „ haſtenus qui Novitiorum habetur, quem „ & moris eſt appellare minorem habi„ tum,) ut ait diſcipulus illius. "

(c) Berard. J. E. U. P. I, Diſſ. V, Cap. III, pag. 170. Ut profeſſio maturato deliberatoque animo fiat, non ſufficit, profeſſurum eam natum eſſe ætatem, quæ compos conſilii ſit, ſed prætęrea judicatum fuit, ut certum tempus veluti ineundi tyrocinii conſtitueretur, quod vocant tempus novitiatus. Iterum hic incidimus in varias & Monaſteriorum, & Provinciarum diſciplinas. Nimirum veteres, ac potiſſimum Ægyptii Monachi ad triennium Monachorum tyrocinia prorogaverunt, quoties de ignotis ageretur, quod quidem non

non tam factum eſt, ut certum tempus profeſſuris concederetur, quo ſuam voluntatem probarent, quam ut concederetur tempus iis, qui forte ſervos ad Monaſteria confugientes evitandæ ſervitutis gratia quærebant, eos repertos avocaturi, quo elapſo amplius avocare non poſſent. Id probavit Juſtinianus Imperator in Novella 5, cap. 2, & clarius in Novella 123, cap. 35, confirmavitque Carolus Magnus in lib. 5 Capitularium Francorum cap. 380 Baluſianæ editionis, quorum ſanctiones ſub nomine Bonifacii retulit Gratianus in Can. 3, can. 17, qu. 2. Generaliter S. Benedictus occidentalium Monachorum parens unius anni novitiatum faciendum eſſe conſtituit, quod paullatim ab omnibus receptum recentioribus ſæculis fuit; Can. 1, cau. 17, qu. 16, de Regular. cap. 2, & 3, eod. tit. in 6. Sæculo duodecimo, aut decimotertio præoccupavit Regularium animos quædam opinio, Reſcriptis quandoque Pontificiis confirmata, qua præſtituentes, annum novitiatus gratia novitiorum in parte definitum fuiſſe, in parte gratia Monachorum, & Monaſteriorum, ut tempus haberent, quo excipiendum novitium probarent, concluſerunt, & Monaſteria, ſeu Monachos, & Novitios poſſe illi tempori renunciare, dicto cap. 16, de Regular. Primus Alexander IV Fratribus Prædicatoribus, ac Minoribus vetuit, ne renunciationes hujuſmodi facerent, vel admitterent cap. 2, eod. tit. in 6, quod ad omnes Mendicantium Ordines prorogavit Bonifacius VIII in cap. 3, eod. tit. in 6. Denique id commune omnibus & Regularibus, & Monaſteriis fecit Concilium Tridentinum, ſtatuens, neminem ad Profeſſionem eſſe admittendum, quam qui per annum poſt ſuſceptum habitum in probatione conſtiterit, adeo ut profeſſio antea facta irrita cenſeatur, dicto cap. 15, ſeſſ. 25, de Regular. Annus iſte a Tridentino Concilio præſtitutus, a die ſuſcepti habitus exordium ſumit, ut Tridentini ejuſdem Decreti verba demonſtrant. Jamdiu enim abrogata eſt vetus illa Monachorum diſciplina, qua Monaſticus habitus a die tantum profeſſionis induebatur. Regula S. Benedicti cap. 58, S. Bernardus Epiſt. I ad Robertum, Can. 1, diſt. 53, atque hinc originem habuiſſe puto tacitam profeſſionem, de qua non ſemel mentio fit in Decretalibus cap. 22, de Regular. cap. 1, eod. tit. in 6, ſtatim ac enim Novitius non contradicentibus Monachis, & Monachorum Præfecto, habitum induebat, qui a ſolis profeſſis deferebatur, præſertim ſi habitum induens exercebat actus proprios Monachorum, tacite & profeſſus voluntate propria, & admiſſus voluntate Monachorum omnium credebatur. Hinc præterea factum, ut, quoniam licebat olim anno novitiatus renunciare, quemadmodum ſuperius obſervatum eſt, ita multi ſtatim ac Monaſterium ingrederentur, vix ad probationem admiſſi Monachorum habitum induerent, unde controverſiæ ſuberant, an ii ſemper tacite profeſſi intelligerentur. Equidem his controverſiis nonnulli obviam iverunt, inferendo quædam diſcrimina veſtium, quibus Novitiorum habitus ab habitu profeſſorum diſcerneretur; tum demum tacitam profeſſionem initam colligentes, quando quis habitum adſumſiſſet profeſſis undecumque communem, dicto cap. 1, de Regular. in 6. Interea vero non omnibus hujuſmodi quæſtionibus, & ubicumque finis imponi potuit; quamobrem ſatius fuit conſuetudinem inducere, quæ hodie viget, ut ſemper profeſſio expreſſe fiat, & in ſcripturam redigatur teſtibus confirmatam. Dico, conſuetudine id inductum fuiſſe, neque enim audeo definire, tacitæ profeſſionis hodie nullam eſſe vim, quam expreſſis Canonum ſanctionibus irritatam fuiſſe non videam, dummodo ſemper ſerveiur Tridentinum Decretum, ſive quod ætatem profitentis, ſive quod annum tyrocinii ſpectat, dicto cap. 15, ſeſſ. 25, de Regularibus.

Quoties Tridentinum illud Decretum accurate expendatur, & ad mentem Eccleſiaſticorum Patrum exigatur, concluden-

Digitized by Google

dum videtur, annum illum eſſe debere continuum, & nulla omnino mora interruptum; quamvis enim regulariter dicatur, modicum temporis intervallum non attendi, uti tradunt civilis juris Interpretes ad l. 12, ff. de duobus reis, & aliquando tradidit Concilium ipſum Tridentinum in ſpecie capitis 1, verſ. *Quoniam autem*, ſeſſ. 23, de reformat. In propoſito tamen quamcumque, ut breviſſimam temporis moram obeſſe profeſſioni poſſe arbitror, ne forte inde naſcatur occaſio Novitiis non recte, accurateque probandi monaſticam vitam, quam adamuſſim, rigideque probare publice expedit; alias autem eo prætextu contingere poſſet, ut identidem interrumperetur annus, & lenior evaderet diſciplina interrumpenti, quam quæ deinde futura eſſet profeſſo. Non vero inficias iverim, per quoddam, ex. gr. unius diei, ſpatium poſſe Novitium facultate a Prælato Monaſterii obtenta a Monaſterio certis de cauſis exire, brevi reverſurum, dummodo & retineat habitum, & ſub obedientia ejus Prælati maneat; hoc enim in caſu adhuc interea probare regularem diſciplinam minime deſinit. Addo ad Tridentini Decreti interpretationem, ex eo non abrogatas fuiſſe nonnullorum Monachorum conſtitutiones, quæ diuturnius tyrocinii tempus requirunt, quamquam profeſſio in ea ſpecie ſtatim poſt annum facta, inſuper habitis conſtitutionibus, irrita non haberetur.

Quouſque nondum eſt abſolutum tyrocinium, ſeu tyrocinii tempus, liberum omnino Novitiis eſt a Monaſterio exire cap. 23, de Regular. cap. 2, eod. tit. in 6, quam libertatem ut tuerentur Tridentini Antiſtites, ſtatuerunt provide, nullam renunciationem, aut obligationem fieri a Novitiis poſſe, ne in favorem quidem piæ cauſæ, utut jurejurando firmatam, niſi cum licentia Epiſcopi, ſive ejus Vicarii fiat intra duos Menſes ante profeſſionem, quæ tamen alias non intelligatur ſuum effectum ſortiri, niſi ſecuta profeſſione; aliter autem factam, etiamſi cum hujus expreſſa renunciatione etiam jurata, irritam eſſe, & nullius effectus: immo & addiderunt, neque ante profeſſionem, excepto victu, & veſtitu, a Novitiis, vel eorum parentibus, propinquis, aut curatoribus aliquid tribuendum eſſe ex bonis illorum Monaſterio, ne ea occaſione diſcedere nequeaut, quod tota, vel major pars ſubſtantiæ ſuæ a monaſterio poſſideatur, ne facile, ſi diſceſſerint id poſſint recuperare; indicta & dantibus, & recipientibus anathematis pœna, factaque Novitiis recedentibus facultate data omnia recuperandi, ſeſſ. 25, de Regular. cap. 16. Priorem decreti Tridentini partem de renunciationibus, aut obligationibus a Novitio minime faciendis ita ego interpretor, ut in primis non ſolum irrita ſit, ſi fiat tempore novitiatus, & poſt ſuſceptum religioſum habitum, ſed etiam ſi ante ingreſſum in Monaſterium fiat, dummodo fiat intuitu ingreſſus in monaſterium, ne alias fraudibus locus aperiatur: ſecundo, ut non ſolum irrita ſit, ſi agatur de renunciatione rerum, aut jurium temporalium, ſed præterea ſi agatur de renunciatione jurium ſpiritualium, qualia ſunt beneficia ab ingreſſuro poſſeſſa; quamobrem ex Tridentina ſanctione derogatum puto veteri diſciplinæ, juxta quam per ingreſſum in religiouem beneficium ab ingrediente poſſeſſum tanquam vacans libere ab Ordinario conferri poterat cap. 4, de Regularib. in 6. Denique, ut non ſolum irrita ſit donatio de bonis Novitiorum facta, ſed etiam de bonis parentum, quorum poſſideudorum uti ſpem habent liberi, ita eorundem jura quaſi propria ipſi abdicare cenſentur, unde vel profitendi, vel a Monaſterio recedendi libertas imminuitur. Duæ tamen probabiles ſunt Tridentini decreti exceptiones. Prima eſt, illud non pertinere ad ultimas voluntates, quibus Novitii de bonis ſuis diſponant, executione diſpoſitionis collata in tempore profeſſionis, quod jam olim Imperator Juſtinianus expreſſerat in Novella 5, cap. 5, neque enim de ultimis voluntates-

Digitized by Google

tatibus aliquid faciendum Tridentini Antiſtites voluerunt. Altera eſt, Tridentinum idem Decretum non pertinere ad renunciationes factas ante ingreſsum in Monaſterium, & ante initum noviciatum, quæ ſint conditionales, ſeu ſuſpenſæ in tempus, & conditionem futuræ profeſſionis, dummodo interea nihil a renunciante in renunciatarium traslatum ſit; hac enim in ſpecie minime imminuta videtur Novitii libertas, de qua tantum tuenda Tridentini Antiſtites maxime ſolliciti deprehenduntur.

QU.

QU. XXIX.

Quid habes de Profeſſione, quam emittunt Regulares?

§. I. UT nihil ſibi deeſſet eorum, quæ primitivæ Eccleſiæ formam exprimerent, eam etiam Monachi ſuæ Regulæ profeſſionem emittere voluerunt, quæ cum ea Chriſtianæ Religionis profeſſione apprime concineret, quam primis Eccleſiæ temporibus fideles edebant.

Triplex renuntiatio (*a*) fieri ſolebat ab iis, qui Chriſti fidem profitebantur. Nam & Mundi, & Satanæ, & corporis obſequio valedicebant, uti patet ex iis ritibus, quibus, ut ſemper extent antiquitatis veſtigia, adhuc utitur Eccleſia, cum infantes Baptiſmo initiat.

Triplex itidem renuntiatio fit etiam (*b*) ab his, qui Cœnobiticam regulam profitentur. Mundum valere jubent, cum paupertatem vovent; Sa-

---

(a) Edmundus Martene *de Antiq. Eccl. rit. Lib. I, Cap. 7, Art. XIII, §. V*, *pag.* 45. Abrenuntiatio triplex hoc modo ſolebat exprimi: *Abrenuntias Satanæ?* ℟. *Abrenuntio: Et omnibus pompis ejus?* ℟. *Abrenuntio*. Hæc abrenuntiationis formula in omnibus paſſim Ritualibus reperitur, ejuſque meminit Beda Venerabilis in Tobiæ cap. 8.

(b) *Idem Tom.* IV, *de antiq. Monach. ritib. Lib.* V, *cap.* IV, *pag.* 223.

Ex antiquo Caſſinenſi Ordinario tempore Oderiſii Abbatis deſcriptio.

„ Incipit ordo ad Monachos faciendum. Imprimis novitii in genibus ante Abbatem ſtantes, hanc illis admonitionem faciens dicat.

„ Dominus noſter Jeſus Chriſtus pietate ſua pro peccatoribus ſemetipſum exinaniſcens carnem ſumere, & in Mundo humillimus & ſine peccato apparere voluit. Reconciliavit nos Deo Patri, & fecit filios adoptionis, qui eramus filii iræ; per baptiſmum autem donavit nobis remiſſionem omnium peccatorum, & iram, quam merebantur, convertit in miſericordiam; ſed quia poſt Baptiſmi regenerationem multa commiſimus, & ab eo recedentes quodammodo adoptionem filiationis perdidimus; gratuita pietate ſua oſtendit nobis humilitatis, & pœnitentiæ modum, per quod iterum Deo reconciliari poſſimus. Nullus itaque veſtrum peccatorum pondere prægravatus de ejus pietate deſperet; quia qui pro peccatoribus voluit incarnari, pro eis etiam Patrem quotidie interpellat.

„ Vos ergo, filii, qui relicto ſæculo confugium feciſtis ad Deum, ecce coram eo, & coram hoc Sacroſancto Altari ſtantes ante præſentiam fratrum, qui hic conſiſtunt, proprio ore dicite,

„ ſi

Digitized by Google

Satanæ bellum indicunt, cum obedientiam ſuis Præſidibus ſpondent; corporis illecebris nuntium remittunt, cum caſtitatis votum nuncupant.

§. II. Quemadmodum vero ſolemnes quidam ritus Chriſtianæ fidei profeſſionem comitabantur, ita etiam ſunt quædam ſolemnia, quibus Monaſticæ Regulæ profeſſio illigatur (c). Præterea nonnulli erant

(d)

„ ſi vultis abrenuntiare ſæculo huic, &
„ pompis ejus.
„ *Reſpondeant :* Volumus.
„ Vultis aſſumere converſionem morum
„ veſtrorum, & affectionem parentum re-
„ linquere, & abrenuntiare?
„ *Reſpondeant* : Volumus.
„ Vultis profiteri obedientiam ſecundum
„ regulam S. Benedicti, abrenuntiando
„ etiam propriæ voluntati?
„ *Reſpondeant* : Volumus.
„ *Dicat Abbas* : Dominus auxilietur vo-
„ bis. Mox altari aſſiſtentes in præſen-
„ tiam Abbatis, & cunctæ Congregatio-
„ nis profeſſiones ſuas legant, ſicut regu-
„ la præcipit.
„ Ego Frater ille Diaconus, vel Preſ-
„ byter, promitto ſtabilitatem meam, &
„ converſionem morum meorum, & obe-
„ dientiam ſecundum Regulam S. Benedi-
„ cti, in hoc ejus venerabili Monaſterio
„ Caſſinenſi in præſentia Domini Abbatis.
„ Quam perlectam ſuper altare ponant,
„ & mox ponendo genua ante altare in-
„ clinando dicant hunc verſum: *Suſcipe*
„ *me Domine ſecundum*. Quem verſum om-
„ nis Congregatio tertio reſpondeat, ad-
„ jungendo *Gloria Patri* : deinde ſuper
„ ſcapularia coram altari poſita dicat Ab-
„ bas benedictionem.
„ Domine Jeſu Chriſte, qui tegumen-
„ tum noſtræ mortalitatis induere digna-
„ tus es, obſecramus immenſam tuæ lar-
„ gitatis abundantiam, ut hoc genus ve-
„ ſtimenti, quod SS. Patres ad innocen-
„ tiæ, vel humilitatis inditium abrenun-
„ tiantes ferre ſanxerunt, ita benedicere
„ digneris, ut hi famuli tui, qui hoc uſi
„ fuerint, te induere mereantur, qui vi-
„ vis &c.
„ Et poſtquam benedicta fuerint veſti-
„ menta, aſpergantur aqua Sanctificata:
„ & dicat Abbas ſingulis, quibus extrahit
„ ſæcularem habitum: *exuat te Dominus*
„ *Jeſus Chriſtus veterem hominem cum acti-*
„ *bus ſuis*; & exuat te propria veſtimen-
„ ta. Iterum dicat Abbas induendo eos
„ habitum Monaſticum: *Et induat te*
„ *novum, qui renovatur in agnitionem ſe-*
„ *cundum imaginem ejus, qui creavit*
„ *eum.* “

Tunc ipſis novitiis proſtratis in terram fiant litaniæ. (Subjiciuntur breves SS. litaniæ cum VII orationibus: *Deus, qui B. Benedictum &c. Deus indulgentiæ pater &c. Deus, qui per coæternum &c. Domine Jeſu Chriſte, qui es via &c. Domine S. Spiritus, qui te &c. Omnipotens, & miſericors Deus &c. Effunde Domine cæleſtem benedictionem*: ex quibus 2, 3, 4, extant in noſtro Rituali). „ (Deinde tribus
„ diebus ſilentium teneant, in quibus quo-
„ tidie ad Miſſam offerant, atque com-
„ municent: tertio vero die ad Miſſam
„ cum ad pacem venerit, tollat Abbas ca-
„ putia de capitibus eorum, & det eis
„ pacem. Ipſi vero proſternant ſe Abba-
„ tis veſtigiis; deinde omnium fratrum.
„ Ipſi autem eis oſculum dent pacis. Dum
„ Abbas extrahit de capitibus eorum ca-
„ putia, dicat hanc orationem: *Dominus*
„ *Jeſus Chriſtus, qui humilitatis noſtræ*
„ *&c. regnaturi percipiatis, præſtante eo-*
„ *dem Domino Jeſu Chriſto &c.*) “

His Caſſinenſium ritibus affine eſt antiquum fragmentum ex vetuſtiſſimo Codice Eccleſiæ S. Cæciliæ Albienſis ſæculo IX exarato.

(c) Incertum, a quo tempore invaluerit ſolemnitas, quæ conſiſtit potiſſimum in eo, ut initiandus formulam profeſſionis conſuetam, aut viva voce recitet, aut in ſcriptis manu ſua ſignatam tradat; vel utrumque præſtet. Vid. Reg. S. Bened.

cap.

cap. 58. Atque profeſſio ita emiſſa *profeſſio expreſſa* appellatur. Etenim de Jure Decretalium valet etiam *tacita* conſiſtens in ſolo facto Monaſtici ſtatus ſuſceptione. Cap. 4, 9, 22, de Regul. cap. 1, 2, Eod. in 6. Verùm ad tacitam ejuſmodi profeſſionem requiritur 1 ut conſentiat ille, qui ad Religionem ſuſcipere poteſt: 2 ut novitius ſciat tales actus eſſe tantum profeſſis proprios, iiſque tacite profeſſionem induci: 3 ut eoſdem reipſa ponat animo profitendi, qui animus fuiſſe præſumitur (ſi non v. g. teſtimonio aliorum, coram quibus proteſtatio facta eſt, contrarium probari queat) cap. 4, de Regulár. 4 ut facta ejuſmodi tacitam profeſſionem inducentia liberrime exerceantur. Reiffenſtuel ad Tit. de Regul. §. 6, n. 180.

Martene *de antiq. Eccl. ritibus Lib. II, cap. II, pag.* 162.

Ex Pontificali, & miſſali Anglicanis mss. quorum primum eſt annorum circiter 900, alterum annorum circiter 700.

Incipit probatio Novitiorum.

„ Cum autem novitius novitiorum regulæ examinatione jam bene probatus „ fuerit, egrediatur de ea, pariterque „ cum ſuo magiſtro veniat in capitulo. „ Ipſe vero novitius ut ſibi traditum „ fuerat, proſternat se ante pedes Abbatis, reſidentibus fratribus cunctis, & „ depoſcat ſe ſociari Sanctæ Congregationi. Si autem ſibi conceſſum fuerit, ocius „ feſtinet, & oſculetur pedes Abbatis. „ Deinde in conſpectu omnium fratrum, „ flexis genibus, & inclinato capite, vertat ſe ante, & retro. Tunc veniat ante Abbatem, & ſtet ante eum, & multimodam gratiarum actionem ei, vel „ congregationi ſuppliciter reddat. Abbas vero jubeat ſibi ſcribere profeſſionem, aut certe ſi non ſcit ſcribere, „ alius ab eo rogatus ſcribat qui ſcit. „ Jamque cum hora tertia decantata fuerit, vel Litania, præſente Abbate & „ cunctis adſtantibus fratribus, ipſe novitius ſecus geſtans cartulam veniat ante altare, elevataque voce dicat: "

Ego frater Deodatus promitto ſtabilitatem meam, & converſionem morum meorum, & obedientiam ſecundum Regulam S. Benedicti Abbatis coram Deo, & Sanctis ejus, in præſentia Domini N, Abbatis.

Mox ipſe manu ſua eam ſuper altare ponat, ſtatimque ante ipſum altare inclinus vertat ſe ante & retro tribus vicibus, & dicat hunc.

℣. Suſcipe me, Domine, ſecundum eloquium tuum, & vivam, & ne confundas me ab expectatione mea. *Et flectat genua tribus vicibus. Quem verſum omnis congregatio reſpondeat. Deinde toto corpore proſtratus in pavimento jaceat cum gemitu, & compunctione cordis. Tunc Abbati deferatur a Miniſtris ſtola, nec non & codex, & aqua benedicta, & ipſe ſurgat, & dicat*: Kyrie eleiſon, Chriſte, Kyrie, *ter*. Pater noſter. Salvum fac Servum tuum. Mitte ei, Domine. Nihil proficiat, Domine exaudi. Dominus vobiſcum.

Præſta quæſumus Domine, huic famulo tuo renuntianti ſæcularibus pompis gratiæ januas aperiri, &c.

Alia.

Tu famulum tuum, quæſumus, Domine, bonis moribus placatus inſtitue. Tu in eo, quod tibi placitum eſt dignanter infunde, & præſta ſemper ad te toto corde concurrere, tibi ſubdita mente ſervire, tuam miſericordiam ſuppliciter exorare, ut dignus ſit & tua valeat beneficia promereri. Per.

Alia.

Deus, qui famulum tuum a ſæculi vanitate converſum ad ſupernæ vocationis accendis amorem, pectori illius purificando

do illabere, & gratiam qua in te perſeveret infunde, ut protectionis tuæ munitus præſidio, quod te donante promiſit, impleat, & ſuæ profeſſionis executor effectus, ad ea, quæ perſeverantibus in te dignatus es promittere, pertingat. Per.

Da quæſumus, Domine famulo tuo ill. indulgentiam ſuorum delictorum, quatenus de omnibus, quæ carnali delectatione, vel animi cogitatione, atque vana hujus ſæculi ambitione contra tuorum rectitudinem præceptorum perfecit, in præſenti vita perſeverans in monaſterio veniam accipere mereatur. Per.

Tunc Novitius erigat ſe de pavimento, & ſtet incurvatus quo uſque dictæ ab Abbate ſuper veſtimentum cucullæ fuerint hæ orationes.

Deus bonarum virtutum dator, & omnium benedictionum largus infuſor, exaudi preces noſtras, & hæc veſtimenta, quibus famulus tuus N. pro conſervandi monachatus, & beatæ obedientiæ ſigno, ſe ad operiendum expoſcit, benedicere, & ſanctificare digneris, quatenus his perceptis, & indutus ſanctarum virtutum ornamentis intra ſepta monaſterii divinorum præceptorum obtemperator exornatus procedat, illiusque obtentu nominis Domini noſtri Jeſu Chriſti, quod nos indigni famuli tui hæc veſtimenta majorum exemplis benedicentes, nominare, & invocare præſumimur, ubique contra antiqui hoſtis tentamenta latenteſque inſidias defendi mereatur. Per.

Deus, qui veſtimentum ſalutare, & indumentum æternæ jucunditatis tuis fidelibus promiſiſti, clementiam tuam ſuppliciter exoramus, ut hoc indumentum mortificationem carnis, humilitatem cordis, & compunctum contemptumque mundi ſignificans, quo famulus tuus ſancto viſibiliter informandus propoſito, propitius benedicas, ut monaſticæ religionis habitum, quem te ſpirante ſuſceperit, te protegente, ac gubernante inviolabilem uſque ad

Jus Monachale Catholicorum.

finem vitæ cuſtodiat, quatenus cum Sanctis Patribus noſtris Paulo, Antonio, Machario, cæteriſque innumerabilibus, nec non & B. *Benedicto* æternæ vitæ bravium perſeverans coram Chriſto Domino noſtro percipere mereatur.

Alia.

Deus, qui renuntiantibus ſæculo manſionem paras in cœlo, dilata hujus famuli tui habitaculum mentis, & reple cœleſti deſiderio, ut fraterna teneatur compagine charitatis, præcepta regulæ cuſtodiat, ſobrius, ſimplex, & quietus gratis ſibi datam gratiam noſcat, concordet ejus vita cum nomine, profeſſio ſentiatur in opere. Per.

Tunc exuatur novitius veſtimentis, quibus utebatur, & aſperſa aqua benedicta ſuper cucullam, nec non & ſuper ipſum novitium, induatque eum Abbas dicens:

Accipe veſtem, indue ſanctitatis decorem, ornare habitu S. Benedicti cum timore, & reverentia, quem interveniente B. Dei genitrice ſemper Virgine Maria cum bonorum obſervantia operum, ignita caſtitatis lampade ſuffultus immaculatum perferas ante tribunal Chriſti. Per.

Induente ſe fratre, ab omni choro altibobando antiphona canatur: Beati eritis cum vos oderint homines. Beati immaculati. *Eo induto, ipſe Abbas ſuper novitii caput cucullæ inducat capitium. Dehinc hæ ſequuntur orationes.*

Clementiſſime Dominator, Domine, tuam invocamus pietatem ſuper hunc famulum tuum N. quem a ſæculo converſum . . . .

Alia.

Omnipotens, & miſericors Deus ſanctæ religionis origo, omniſque profeſſionis in te æterna ſalvatio, ſuſcipe propitius vo-

Ee ta

Digitized by Google

(*d*), quibus omnis ad Chriſtianam civitatem aditus intercludebatur; ſimi-

---

ta profeſſioneſque famuli tui, qui de hujus ſæculi vanitate, & turbine ad te confugit. Sit, quæſumus, te adjuvante, ab omni ſæcularium ſtrepitu exutus, a delectationibus ſpectaculorum præſentium evulſus, a cunctis Mundi occupationibus extraneus, ab antiqui hoſtis inſidiis ereptus, mundo huic mortuus, mundi blandimentis & illecebris crucifixus, remotus a præſentis vitæ contagiis, remotus a cunctis malorum implicamentis, remotus a ſæcularibus pompis, remotus a pravis cogitationibus, remotus ab omnibus pravorum retinaculis, remotus á cunctis antiqui hoſtis inſidiis. Doce eum, Domine, omnia hujus vitæ contemnere proſpera, non timere adverſa, injurias non inferre, ſed æquanimiter tolerare, inimicos diligere, pro perſequentibus, & calumniantibus ſuppliciter deprecari, nihil concupiſcere carnaliter, vel ambire. Non ſuperborum injuriis fatigatus deficiat, non eum ſuperbia inflet, non ardor avaritiæ inflammet, non vana gloria turpiter jactet, non gula, aut ebrietas præpediat, non ambitio ventoſa præcipitet, non ardor animoſæ contentionis exanimet, non deſiderium humanæ opinionis elevet, non diabolus auctor perditionis lædat, aut perdat, ſed tuæ pietatis dextera clementiſſime Deus a cunctis eruat malis, eumque in præſenti, & futuro ſæculo protegat, atque gubernet, ut te timeat, imitetur, & diligat. Aperi ei ſenſum, ut in divinarum ſtudiis litterarum te legat, corde, ore, & opere meditetur, & intellecta diu noctuque ſervet, cœleſtia, & æterna ſapiat, terrena, & caduca reſpuat, obediens ſit, & alios inſtruat, amicos, & inimicos pro tui nominis amore amet, & diligat, humilitatem, & vilitatem teneat æque & exerceat. Caſtimoniam, & pudicitiam corde, & corpore amplectatur, & teneat, patientiam, & longanimitatem arripiat, atque cuſtodiat, jejunium, & abſtinentiam ſtudeat ſimul, & amet, & gemitum, & orationem deſideret, atque invigilet. Peccata ſua inceſſanter cum lacrymis & ſuſpiriis accuſet; & te Dominum omnipotentem corde, & opere circumferat ſemper atque deſerviat. Suſcipe, quæſumus, Domine, Pater omnipotens, hunc famulum tuum N., quem de hujus ſæculi naufragiis & periculis eruiſti, & ad Monaſticam vocare dignatus es gratiam. Concede propitius, ut arctam, & anguſtam, quam profeſſus eſt vitam jugiter diligat, teneat, atque ſectetur, quatenus ad æternam, quam in te perſeverantibus promittere dignatus es, gloriam pervenire mereatur. Per.

„ His expletis ſecundum regulæ præce-
„ ptum ſingulorum proſtratus pedibus pa-
„ cis accipiat oſculum, ſicque in ultimo
„ conſtituatur gradu. Capitium vero cu-
„ cullæ in capite die noctuque uſque in
„ tertio die habeat, nec non ſummum ſi-
„ lentium teneat, & ad Miſſam offerat,
„ & communicet. Tertia jam die poſt
„ Evangelium Miſſæ matutinalis, mox ut
„ oblatum habuerit, tollat Abbas capel-
„ lum de capite, & amodo in congre-
„ gatione reputetur perſeverans uſque ad
„ mortem. Amen.

„ Eumdem ordinem reperi in pervetu-
„ ſto Pontificali Anglicano ab annis cir-
„ citer nongentis ſcripto, quod aſſerva-
„ tur in inſigni Eccleſia Rothomagenſi.
„ Sed rubricas nonnumquam abbreviat. “

(d) Selvag. *Antiq. Chriſt. Lib. III*, *Cap. II*, §. *X*, *n. XXIV*, *pag.* 18. Quamvis ad Baptiſmi Sacramentum quibuſcumque ſincere petentibus ſemper in Eccleſia patuerit aditus; certæ tamen indigenæ morum conſuetudines, quæ a Chriſtianis legibus nimium diſſident, a Baptiſmo ita homines arcebant, ut niſi ex iis omnino reſilirent, numquam illos ad Baptiſmum admitti pateretur Eccleſia. Ac primo loco Conſtitutiones Apoſtolicæ arcent a Baptiſmo *Lenones*, *meretrices*, *& idolorum arti-*

militer ſunt, qui ab omni Cœnobitarum Religionum introitu prohibentur

artifices, *Lib. VIII*, *Cap. XXXII*, cujuſmodi homines, niſi deſiſtant ab inſtituta vivendi ratione, rejici jubent.

Eædem Conſtitutiones loc. cit. rejiciunt *Scenicos*; fabularum nimirum actores, & qui hiſtrionicam artem profitentur. Conſentit Illiberitanus Canon LXII. *Si augur, aut pantomimi credere voluerint, placuit, ut prius artibus ſuis renuntient, & tunc demum ſuſcipiantur, ita ut ulterius non revertantur. Quod ſi facere contra interdictum tentaverint, projiciantur ab Eccleſia.* Neque id nimiam Eccleſiæ ſeveritatem præſefert; cum & apud ipſos Ethnicos id genus homines ita probro fuerint, ut eis ad honores interclusus eſſet omnino aditus. Animadvertit id in Romanis Auguſtinus, *De Civit. Dei Lib. II*, *Cap. XII*, cum Scipionem apud Ciceron. ita locutum fuiſſe obſervat: *Cum artem ludricam ſcenamque totam probro ducerent, genus id hominum non modo honore civium reliquorum carere, ſed etiam tribu moveri cenſoria notatione voluerunt.*

Prohibentur a Baptiſmo *loc. cit. Conſt. Apoſt.* etiam *Aurigæ*, *gladiatores*, *ſtadii curſores*, *laniſtæ*, *olympici*, *choraulæ*, *citharistæ*, *lyriſtæ*, *ſaltatores*, *caupones*: hominum nimirum genus, qui cum ludis in Ethnicorum Numinum honorem celebrari ſolitis operam darent, idololatricæ ſuperſtitioni communicabant. Quos hìc ἡνιόχους *aurigas* Conſtitut. Apoſt. memorant, *agitatores* Latini dixere; ac de iis præcipit Conc. Arelatenſe I, ut a communione ſeparentur.

Baptiſmi etiam indigni cenſentur *loc. cit. obſcæni*, *cinædi*, *laſcivi*, *magi*, *incantatores*, *aſtrologi*, *vates*, *captatores carnium magicarum*, *mendici vagantes*, *circulatores*, *amuleta facientes*, *augures*, *hominum*, & *ſignorum monſtratores*, *palpitationum interpretes*, *in occurſu obſervantes vitia oculorum & pedum*, *vel obſervantes aves aut muſtelas*, *aut voces*, & *ſymbolicas auditiones*. Quicumque nimirum aut effrenatæ libidini, aut ſuperſtitioſis divinationum artibus, aut amuletorum fabricationi intenti erant, quæ omnia idololatriam ſapiunt, a Baptiſmo repellebantur. Amuleta quidem, quæ ad morbum aliudve malum averruncandum fieri ſolebant, & quæ hìc περιάμματα appellantur, φυλακτήρια nuncupata inveniuntur in Conc. Laodiceno, ubi Clerici ea conficere vetantur, & ea ferentes ab Eccleſia ejiciuntur. Placet apponere Chryſoſtomi de hujuſmodi amuletis graviſſimam reprehenſionem; quippe paſſim ea hodie apud fidelem plebem uſurpari ſolent. Is autem *Hom. VIII in Ep. ad Coloſſenſ.* hæc habet: *Amuleta, etſi de illis millies philoſophantur, qui ex iis rem faciunt, dicentes: Deum invocamus, & nihil amplius facimus, & chriſtiana eſt vetula & fidelis, ea res eſt idololatria.*

Qui *publicis ludis*, *aut ſpectaculis dediti* erant ad Baptiſmum non admittebantur, ex regula Conſt. Apoſt. *loc. cit.* Scilicet cum hiſce ludorum generibus Numinum potiſſimum cultus ab Ethnicis celebraretur, hujuſmodi idololatria non poterant non inquinari ſpectatores. Tum & illud accedit, quod ludricis ſpectaculis libido maxime inflammatur, & ut ait Lactant. *Mimi docent adulteria, dum fingunt, & ſimulatis erudiunt ad vera.* Hinc ſeveræ Patrum querelæ in eos Chriſtianos, qui ad theatri lenocinia animum admovebant.

Concubinæ etiam rejiciuntur. Duo porro concubinarum genera diſtinguenda, unum earum, quæ clam ad tempus libidinis ſolius cauſa aſſumuntur, aliud permiſſum aliquando, & toleratum feminarum in perpetuum ad ſuſcipiendos liberos ductarum, quæ ab uxoribus in eo diſtabant, quod ſine dotalibus inſtrumentis ſolemnibus, neglectis ritibus, quos tum Civilis, tum Canonica lex præſcribit, privato vi-

tur (e). In cooptandis iis, qui ex Ethnicis, vel Judæis parentibus prognati erant, ab Chriſtianis ratio ætatis habebatur (f). Pariter in ſodali-

ro jungebantur. Prioris autem generis concubinas reſpuit Conſtit. Apoſtol. Auctor. Ait enim: *Concubina cujuſpiam infidelis illi ſoli dedita admittatur; ſi autem etiam cum aliis petulanter agit, rejiciatur*. Juvat adnectere quod in hanc rem de concubinis ait Auguſtinus; quippe non modicam huic Conſt. Apoſt. regulæ lucem affert. *De concubina quoque*, ait. *de Fid. & Oper. Cap. XIX*, *ſi profeſſa fuerit, nullum ſe alium cognituram, etiamſi ab illo, cui ſubdita eſt, dimittatur; merito dubitatur, utrum ad percipiendum Baptiſma non debeat admitti*.

Milites a Baptiſmo excluſi olim fuiſſe nonnullis videntur, ea præſertim de cauſa, quod in Conc. Nicæno I, qui militiæ cingulo depoſito rurſus militiam repeterent, iis decem annorum pœnitentia imponitur. Verum ſtatuta iſthæc a Nicænis Patribus diſciplina eos Chriſtianos reſpicit, qui expulſi a militia a Licinio tyranno, quod diis ſacrificare nollent, fidem abnegabant, ut rurſus ſtipendia mererentur. Ita XI Nic. Canonem interpretantur plerique. Tantum igitur abeſt, ut militare inſtitutum a Baptiſmo homines excluderet, ut potius in Conc. Arelatenſi I, *Can.* III, excommunicationis pœna in deſertores animadverſum fuerit. Quamobrem illud militibus ad Baptiſmum accedentibus inculcabatur, quod iisdem Joannes Baptiſta *Luc.* III, 14, ſervandum tradidit; quod ſane proſequitur Conſt. Apoſt. Auctor *loc. cit. Miles accedens ad Baptiſmum doceatur nemini injuriam inferre, non calumniari, contentus eſſe datis ſtipendiis: obtemperans his admittatur, repugnans rejiciatur*.

(e) Selvag. *Inſtitut. Lib. I, Tit. XXXI*, §. XVI. Primum eas leges juvat explicare, quæ Monachorum reſpiciebant admiſſionem: ac primo id ſemper cavendum fuit, ne Eccleſiæ, vel Reipublicæ inde detrimentum ſequeretur: quamobrem vitam Monaſticam amplecti vetebantur

1. Curiales, niſi poſſeſſiones ſuas cum iis partirentur, qui loco ipſorum publica patriæ curiæque munia ſubirent. *Leg. LXIII, Cod. Theod. de Decurionibus*.

2. Servi, niſi Dominorum ſuorum voluntas acceſſerit: id quod leges æque Eccleſiaſticæ, ac civiles ſemper præſcripſerunt. *Novell. XII Valentiniani III, ad calcem Cod. Theod.*

3. Mariti, & uxores ſine mutua utriuſque partis conceſſione. Paulinus *Ep.* 14, *inter Epiſt. Hieronymi*. Unde Paulinus ipſe, ejuſque conjux Thireſia bona ſua (quæ ampliſſima erant) ex communi voluntate pauperibus erogarunt, atque ita mutuo conſenſu Monaſticam vitam amplexati ſunt.

4. Filii, niſi prius petita parentum ſuorum venia. Conc. Gangr. *Can.* XVI. Baſilius *Reg. Maj. Quæſt.* XVI, *Leg.* LV, *Cod. de Epiſcopis*. Verum parentibus ſemper inculcatum eſt, ut ſinerent ſuos liberos volentes Monachos, vel Clericos fieri.

(f) Bingham. O. E. Lib. X, Cap. I, §. IV, pag. 7. Temporis circumſtantia, cujus heic injicitur mentio, proximo loco ad duas nos quæſtiones poterit deducere, nempe qua quis ætate inter Catechumenos admiſſus fuerit? Et quamdiu in hoc ſtatu manere debuerit, antequam ad ſacrum baptiſma admitteretur. Prima quæſtio ad converſos ex gentilibus tantum ſpectat. Nam quod ad fidelium parentum liberos attinet, certum eſt, quod ſicut in infantia baptizati, ita inter Catechumenos adſciti fuerint, ſimulac ad imbibendam doctrinam eſſent idonei. De gentilibus autem quæſtio difficilior eſt. Verum in aliquo TIMOTHEI Eccleſiæ *Alexandrinæ* Epiſcopi reſponſo, pueros non ante ſeptimum ætatis annum Catechumenos fieri potuiſ-

dalibus ſibi aſciſcendis, ab Monachis ætatis ratio habetur (g). Denique ne-

---

tuiſſe perſpicimus. Nam ille quæſtionem ita format: *Si puellus Catechumenus utpote annorum ſeptem, vel homo etiam perfectus, dum fieret oblatio, opportune adfuerit, ejuſque neſcius particeps factus ſit, quid de eo fieri debet?* & reſpondet: *debet illuminari*, hoc eſt baptizari.

(g) S. Baſilius *Regul. fuſ. tract. c.* 15, *p.* 337, *opp. t.* 2, *Pariſ.* 1722, S. Ambroſius *de virgin. c.* 7, *n.* 39, *col.* 275, *opp. t.* 3, *edit. Venet.* 1751, & Alexander III, *in cap.* 8, *de Regul.* ætatem poſtulant perfectæ, & abſolutæ rationis. Capitula Theodori Cantuarienſis apud Harduinum *t.* 3 *Conc. c.* 1778, in maribus annos 15, in feminis 16. aut 17, conſtituunt; ipſe Baſilius *Ep. ad Amphiloc. can.* 18, *pag.* 292, *opp. t.* 3, *edit. indic.* annum memorat 16, aut 17: denique Conc. Trid. *ſeſſ.* 25, *c.* 15, *de Regul.* annum 16 exactum definivit. Vide Pallavicin. *hiſtor. Conc. Trid. lib.* 24, *cap.* 6. Verum Tridentini Patres cum ætatem conſtituerunt annorum ſexdecim, minime improbarunt peculiares quorumdam Ordinum conſtitutiones, quibus major ætas requiritur, quod & Sac. Congregationem Concilii declaraſſe, teſtatur Fagnanus *in cap. nullus de regul. num.* 15.

Diu viguit diſciplina, ut parentes infantes filios non modo Clericatui offerrent, uti demonſtratum ſupra eſt, ſed etiam Monaſterio, pro qua diſciplina acerrime propugnarunt Petrus Damiani *opuſc.* 16, & Rabanus Maurus ſingulari libello, quem compoſuit adverſus quoſdam qui eidem diſciplinæ reſiſtebant; idque argumentum late perſequitur Gratianus *cauſ.* 29, *quæſt.* 1. Atque hi quidem pueri a parentibus Monaſterio oblati, cum puberes evaſerant, diſcedere non poterant ab eo vitæ inſtituto, cui ſemel addicti fuerant. Hinc illud Toletani Concilii, quod etiam memorat Clemens III, *in cap.* 12, *de regular. Monachum aut paterna devotio, aut propria profeſſio facit*; & Concilium Wormatienſe anni 868, *can.* 12, *in delect. actor. Eccl. univerſ. tom.* 1, *ed. Lugduni* 1706, *col.* 1012, *ſi pater*, inquit, *vel mater filium filiamque intra ſepta Monaſterii in infantiæ annis ſub regulari tradiderint diſciplina, non liceat eis, poſtquam ad pubertatis pervenerint annos, egredi, & matrimonio copulari*. Et *can.* 23, *Monachum ergo*, ait, *aut paterna devotio, aut propria profeſſio facit. Quidquid horum fuerit, alligatum tenebit. Proinde huic ad mundum reverti intercludimus aditum, & omnes ad ſæculum interdicimus regreſſus*. Solemnis formula ejus oblationis ex S. Benedicti regula erat, ut manus pueri oblati in Altaris palla involverentur, quæ erat mappa altari ſuperimpoſita, idque teſtimonium erat oblationis, qua ſic involutus puer Dei obſequio addicebatur. Gratianus *can.* 4, *cauſ.* 20, *quæſt.* 2, Lambertum quemdam oblatum memorat, qui tum propter non ſervatam ſolemnem hanc formulam oblationis, tum propter alias cauſas votis ſolutus declaratus fuit. Rothardus *in reg. S. Bened.* apud Baluzium *Delect. auctor. col.* 318, *tom.* 2, deſcribit formulam, in qua Pater dicebat: *Volo tradere filium meum Deo Omnipotenti ad ſerviendum ſibi in hoc Monaſterio*; tum Abbas præſentibus teſtibus ajebat: *auditis, fratres, & videtis, quid iſte dicat?* hi reſpondebant: *audimus, & videmus*. Abbas benedictionem dabat oblato, qui ita cooptatus cenſebatur in ordinem Monachorum, in quo deinceps vitam omnem traducere debebat. Confer Mabillonium *in præfat. ad ſæcul. VI Benedictin. num.* 36, *pag.* 14, *tom.* 8, *ed. Venet. & tom.* 2 *Anaclet. pag.* 530, Muratorium antiquit. Italic. medii ævi diſſert. 65, col. 380, & ſeq. tom. 5, Calmerum *in Regul. S. Benedicti cap.* 59, Haeſtenum *diſquiſit. Monaſtic. part.* 2, *lib.* 4, *tract.* 2, *diſquiſ.* 5. Hæc de filiis Monaſterio offerendis diſciplina viguit uſque ad ætatem

Digitized by Google

nemo invitus in Chriſtianorum caſtra conjiciebatur (*h*). Ita etiam nemo, qui volens, ac lubens non ſit, in Regularium ſocietatem ſuſcipitur (*i*), in-

rem Cœleſtini III Pontificis, qui eam moderatius temperavit, dicta lege, ut puer Monaſterio oblatus cum *ad annos diſcretionis pervenerit, & habitum retinere noluerit Monachalem; ſi ad hoc induci nequiverit, non eſt ullatenus compellendus*, uti ſancitum eſt *cap.* 14, *de Regular.* & conſentit Innoc. III, *lib.* 15, *ep.* 116, *ad Epiſcop. Lugdunen. pag.* 644, *tom.* 2, *ed. Baluzii Pariſ.* 1682. Licet autem Cœleſtinus huic diſciplinæ modum impoſuerit, non eam tamen ſuſtulit, aut abrogavit; quinimmo nunc etiam, niſi obſtent, & impediant peculiares leges, quibus Regularia Inſtituta reguntur, aut recentiores Pontificiæ conſtitutiones, quæ iis tantum, qui certam ætatem nati ſunt, in Monaſterio pernoctare ſinunt, ſecundum jus Decretalium vetitum non eſt offerre filios impuberes Monaſticæ vitæ inſtituto, integro ſemper jure, quod de ætate, ac tempore Tyrocinii, & Profeſſionis a Synodo Tridentina conſtitutum eſt. Quæ oblatio efficit primum, ut filius impubes a Religione recipi poſſit; deinde ut pater in ipſum patria poteſtate amplius uti nequeat, ut eum ad ſæcularem vitam revocet; denique ut etiamſi filio impuberi ante annos pubertatis Monaſterii clauſtra deſerere non liceat, (quod tamen ipſe facere poteſt, cum ad eam pervenit ætatem, in qua plenum habet ſuæ voluntatis arbitrium) poteſt tamen Religio proprio jure uti, ut eum dimittat etiam ante annos pubertatis, niſi forte ſe onere obſtrinxerit eum retinendi, donec pubes evadat. Confer Benedictum XIV in literis datis ad Petrum Hieronymum Gulielmum, quæ extant in ejus Bullar. *Conſt.* 54, *t.* 3, *p.* 239.

(h) Selvag. *Antiq. Chriſt. Lib. III, cap. II, §. IX, n.* XXIV, *pag.* 17. Illud etiam hic advertere abs re non erit, baptiſma ita in Eccleſia ſemper habitum fuiſſe, ut nonniſi volentes ad illud admitterentur, & nemo unquam vi illata ad illud coactus fuerit. Apertiſſimis ſane verbis, id inculcant Syn. Toletanæ IV Patres, & Gregorius Papa. Extant quidem binæ leges, quibus non ſine pœnæ ſanctione baptiſmatis receptio veluti præſcribitur. Verum in iis non inviti ad baptiſmum coguntur, ſed ad Catechumenatum per biennium obligantur, ac deinde eorum liberos infantes ſine mora baptizari permittitur. Eos autem tantummodo bonorum publicatione damnandos jubent, *qui propter militiam, vel dignitatem, vel facultates habendas fingant baptizari, & liberos, aut conjuges ſuas, & domeſticos in errore reliquerint*.

(i) *Eybel Introd. in J. E. Cath. Part. IV, Lib. II, Cap. XI, Part. IV, pag.* 74, *n.* 6. Hac de cauſa Concilium Tridentinum cit. ſeſſ. c. 16, neque ante Profeſſionem, excepto victu, & veſtitu, *pro probationis tempore* quidquam ex bonis Novitii per eum, aut parentes, propinquos, curatores, in monaſterium ſub ullo prætextu deferri, neque *ante duos ultimos menſes annuæ probationis*, quæcumque pacta, ceſſiones, & obligationes, quibus Novitiorum bona, beneficia, vel jura quomodocumque minuuntur, valide celebrari ſinit. Cujus conſtitutionis rationi hæc duo ſunt conſormia; ſcilicet, ut etiam ejuſmodi pacta, quæ quidem ante ipſum ingreſſum, hujus tamen obtutu facta ſunt, id quoque in dubio præſumendum adjuncta ſuadent, omni valore deſtituantur; deinde ut etiam ex bonis ipſorum parentum ejuſmodi Novitii Monaſteria nil acceptare queant, quandoquidem non minus hoc caſu (ut verbis Concilii utar) vident, *quod totum, vel majorem partem ſubſtantiæ ſuæ monaſterium poſſideat*, atque hinc a diſſeſſu abſterrentur. Sed & menſibus Novitiatus decem exactis, renunciationes, ſive obligationes non aliter admittit Concilium; niſi 1 fiant cum conſenſu Epiſcopi, qui itaque nec a monaſteriis exemptis negligi poterit. 2 Profeſſio ſequatur, ut adeo, quamvis perſeverans Novitius ita legitime factam re-

Digitized by Google

includiturque. Omnino Regularis Profeſſio eſt altera Chriſtianæ Religio-

renuntiationem revocare nequeat, ea tamen ob profeſſionem quacumque de cauſa non ſecutam ipſo jure corruat. Conf. Barboſa de offic. Epiſc. alleg. 99, n. 11, 12, 19, 30, Fagnan. ad cap. 23, de Regul. n. 55, Van-eſpen l. c. c. 3.

Quæ plura quæri poſſunt circa diſpoſitionem in favorem Monaſterii, ad eam partim jam reſponderi poteſt ex doctrina de lege amortiſationis; partim vero inter modos res Eccleſiaſticas adquirendi, & partim denique occaſione ſimoniæ dilucidabuntur.

Cum Synodus Tridentina generatim Novitiis libertatem monaſteria deſerendi conſervatam velit, & laudatum decretum circa bona cujuſcumque Novitii ejuſque parentum propterea ediderit, ut nec *indirecte* Novitio difficultas ad ſæculum redeundi opponatur, patet contra mentem hujus concilii etiam omnia alia fore, quæcumque tanquam ſingularia vincula Novitios retinendi adhiberentur, veluti eſſent

1. Blandimenta peculiaria.

2. Territiones variæ, ſi exempli cauſa Novitiis *hunc in finem* in conſcriptis *annalibus triſtibus* legenda, aut in picturis conſpicienda darentur, quæ horrenda in hac alterave vita ex Novitiatu egreſſis contigiſſe, neſcio qua teſtimoniorum, aut adparitionum fide referuntur, aut ſi docerentur extra ſtatum regularem vix poſſibile eſſe, ut aliquis ſalutem æternam conſequatur.

3. Si Novitii ſuppeditato titulo Menſæ ad ſubdiaconatum ſaltem ſuſcipiendum allicerentur. Quo facto ſcilicet talis ſe jam ſubdiaconum videns ſimulque cernens, ſibi jam nullum vitæ ſuſtentandæ medium in muniis, & negotiis ſæcularibus quærendum ſupereſſe, ac denique metuens omnia illa, quæ Presbyterorum ſæcularium vitam nonnunquam comitantur, ex hiſce ſolum motivis retineretur.

4. Si ſuaderentur Novitiis emittenda vota ſaltem *devotionalia*, & *horum intuitu* dein inculcaretur: *periculoſum eſſe, jam adpoſuiſſe manum ad aratrum, & reſpicere retro . . . . ſe ſe Deo ad tempus obtuliſſe, & non in perpetuum offerre velle . . . . . Quod ſaltem aliqua ratione cæleſtibus jam ſacratum erat, poſthac iterum mundo & terrenis ſacrare;* pluraque ejuſmodi, ad quæ, ut ſupra inſinuavi (§. 109, n. c.) textus Sacræ Scripturæ ab aliquo ejuſdem non perito interprete magno numero adtrahentur. Enimvero antiqui Canones nec habitum quidem monaſticum, nec tonſuram Novitiis ante triennium peractum & ante profeſſionem factam admiſere. Diſt. LIII, can. *Legem*, S. Bernard. Ep. 1 ad Robertum, vid. meus ordo Princip. P. II, §. 199, n. 6, ne ſcilicet redeuntes Monachum exuiſſe dicit, ac proinde ignominiæ cujuſdam metu aut alia anxietate retineri poſſint. Haeſtenius Diſqu. Monaſt. l. 5, Tract. 2, Diſp. 2. Neque dicas per vota devotionelia tantum intendi, ut ſtrictior obſervantia eorum, quæ Novitiis incumbunt, obtineatur, nec eoſdem ita libertatem ſuam perdere. Docet ſane 1 experientia Novitios etiam hiſce vinculis non ligatos ſuis obligationibus accuratiſſime ſatisfacere poſſe; 2 de quibus metuitur, ne ſatisfacturi ſint, tales vinculo cujuſdam voti, aut juramenti ſubjicere minus conſultum eſt; 3 dictat finis, & notio probationis, quod non emiſſione votorum, ut ita dicam, *intermiſticorum*, ſed iis, quæ vota ſecum ferunt, *ante hac circa vota peragenda habilitas ad eadem* probari debeat; 4 denique cum per vota, quantumvis *intermiſtica*, & *devotionalia*, Novitius intuitu ſuarum actionum certiſſime non levem contingentiæ gradum omittat, deminuta autem contingentia libertatem minui quiſque naturalis Jurisprudentiæ Tyro perſpiciat, quis dicere poterit, novitium talem priore libertate acturum, & Magiſtro Novitiorum prope cognitum fore? Quid autem, an non ſæcularibus & laicis extra Monaſterium vota devotionalia ſaltem cum conſenſu Rectoris conſcientiæ, emittere licet? Cur non igitur idem li-

Digitized by Google

gionis, perfectioriſque vitæ, atque illius, quam primitivi Chriſtiani mo- ri-

liceret Novitiis? Non præcipita quæſo concluſionem; etenim ſæcularibus, & laicis de bonis ſuis diſponere licet, non tamen licet Novitiis aut eorumdem parentibus intuitu Monaſterii, ut ſcilicet illis libertas redeundi nec *indirectè* quidem minuatur. Atque cæterum quoque alia Novitium, alia laicum votis devotionalibus ligatum circumſtare, vel nobis tacentibus pervidetur.

5. Si dimittendi fore ad aliorum horrorem veſtitu religioſo cum certis execrationibus exuerentur, neque ea, quæ admiſſi ſunt, ſed viliore porta abigerentur &c. &c.

Quod ſi aliquid prætermiſſum eſt eorum, quæ ſervare oportebat, irrita eſſet profeſſio, & qui eam emiſit, reclamare intra quinquennium poteſt (Conc. Trid. *ſeſſ.* 25, *c.* 19, *de Regul.*), elapſo quinquennio non poteſt, niſi ex juſta cauſa fuerit a Pontifice reſtitutus (Vid. *Conſtitutionem Si datam*, 47 Benedicti XIV, *pag.* 236, *tom.* 2 *ejus Bullarii*, ubi etiam accurate præſcribitur judicii ratio, quam ſervare oportet, cum quæritur de nullitate profeſſionis). Nemo autem audietur, qui Regularem habitum dimiſit, niſi primum eum denuo ſuſceperit, ac redierit ad monaſterium, unde diſceſſerat (Con. Trid. loc. cit. & cit. Conſtit. 47 Benedicti XIV.).

Benedict. XIV *De Syn. Diœc. Lib. XIII, Cap. XI*, §. 2. Perſpecta cuique eſt Concilii Tridentini ſanctio *ſeſſ.* 25, *cap.* 19, *de Regularibus* edita, qua cavetur, ut quilibet Regularis ſuam oppugnaturus Profeſſionem, ſi quinquennium ab ea emiſſa necdum fuerit evolutum, eamque nullam fuiſſe contendat, uti violenter extortam, *per vim, & metum*, vel quia immature factam, *ante ætatem debitam*, vel ob aliam hujuſmodi cauſam, *aut quid ſimile*; debeat ſua jura proponere *coram Superiore ſuo & Ordinario*. Complures extant Regularium Ordinum Conſtitutiones, quibus ſtatuitur, ut ſiquis habituali corporis ægritudine, v. g. comitiali morbo, affligetur, eamque rogatus ante Profeſſionem non patefecerit, quamvis jam profeſſus e Religione ejiciatur. Si hujuſmodi quæſtionem intra quinquennium a die emiſſæ Profeſſionis excitari contingat, nonnulli Epiſcopi in relatione ſtatus Eccleſiarum expoſuerunt, contendere Regulares, eam unius Regularis Superioris judicio definiendam, nec Epiſcopum poſſe in hoc definiendo negotio ſe immiſcere, propterea quod Conc. Tridentinum Epiſcopos tunc ſolum conjudices eſſe voluerit, cum, quinquennali ſpatio nondum exacto, Profeſſio nulla dicatur, tamquam expreſſa *per vim, & metum*, vel *ante ætatem debitam*, aut *alia ſimili de cauſa*, qualis nullatenus dici valet ea, de qua nunc ſermo occurrit, cum ſcilicet Regularis in ipſa votorum nuncupatione rogatus, an aliquo habituali morbo laboraret, morbum ipſum reticuit. Verum conſtans, atque perpetua ſacræ Congregationis Concilii ſententia fuit, in hac quoque facti ſpecie, per ſuperiorem Regularem, & Ordinarium junctis ſuffragiis, cauſam cognoſci, ac definiri oportere: neque enim jure contendi poteſt, Concilium ſuam legem coercuiſſe ad ejus tantum generis judicia, in quibus Profeſſio tanquam facta per vim, & metum, vel ante præſcriptam ætatem, irrita diceretur; ſiquidem de cæteris quoque ſimilibus caſibus per ea verba, *aut quid ſimile*, mentionem fecit. Ratio autem, quæ Tridentinis Patribus ſuaſit, ne hujuſmodi judicium unius Superioris localis ſententiæ relinquerent abſolvendum, ſed mallent Epiſcopalem quoque auctoritatem accedere, non ſolum ſibi locum vindicat, cum Profeſſionis nullitas ex vi, & metu, vel ex incompleta ætate deſumitur; verum etiam cum Profeſſio nulla aſſeritur, ex quo profeſſus corporis vitium reticuit, licet interrogatus fuerit, ut, ſiquod ineſſet occultum vitium, pateſaceret. Sacræ Congregationis decreta a nobis relata fuerunt in folio, quod pro impoſito nobis olim Se- cre-

Digitized by Google

cretarii munere exaravimus in cauſa *Burgen.* quæ propoſita fuit, & ad normam præfatorum decretorum deciſa die 13 Aprilis 1720, uti videre eſt *tom.* 1 *Theſaur. Reſolutionum* : eademque Congregationis ſententiam nos ipſi complexi ſumus, atque firmavimus in noſtra Conſtitutione, cui initium *Si datam hominibus*, 47, §. *Cum etenim*, *tom.* 2 *noſtri Bullarii*.

At hic non eſt controverſiæ finis. Sane de jure communi valida eſt Regularis Profeſſio etiam ab eo emiſſa, qui aliquo habituali morbo detinetur, nec illum ante Profeſſionem quantumvis interrogatus, denuntiat. Ut autem irrita fiat, neceſſe omnino eſt, ut id in Conſtitutionibus Ordinis a Sancta Sede approbatis peculiari ſanctione edicatur; quemadmodum recte animadvertunt Navarrus *conſil.* 48, *num.* 2, *lib.* 3, *tit. de Regularibus*, Rota *coram Ubaldo deciſ.* 38, *num.* 2, & *ſeq.* & *deciſ.* 394, *n.* 1, & *ſeq. coram eodem*. Neque tuto affirmare licet, nullitatem Profeſſionis per Conſtitutionem Ordinis fuiſſe inductam, quoties profeſſus requiſitus ægritudinem ſuam celaverit, quamvis Conſtitutiones & illam pandi jubeant, ac proteſtentur, alias illegitimam fore Profeſſionem; ſed opus eſt, ut illam reipſa nullam fore declarent, ſi contra ſtatutam legem ab aliquo emiſſa fuerit: veluti optime expendunt Fagnanus *in Cap. Qui Preſbyterum num.* 85, & *ſeq. de pœnit.* & *remiſſ.* Bordon. *in controverſ. moral contrav.* 21, *de ætat. profeſſ. quæſt.* 9, Cardinalis Petra *ad Conſtit. Apoſtol. tom.* 2, *pag.* 525. Poſita autem Profeſſionis nullitate, diſquirendum tantummodo ſupereſt non quidem an Religio juribus utens ex nullitate Profeſſionis ſibi competentibus, profeſſum valeat expellere; ſed num profeſſo liceat ſe vindicare in libertatem exeundi e Religione, quamvis hæc ultro eumdem retinere conſentiat.

Non ſemel hujuſmodi caſus in quæſtionem venit, & ad illius deciſionem Congregationis Concilii auctoritas implorata fuit. In Conſtitutionibus Ordinis Capucinorum, quæ a Sancta Sede in forma ſpecifica confirmatæ fuerunt, *cap.* 2, hæc leguntur: *Qui elephantia, morbo caduco, aut alia infirmitate contagioſa afficitur, non recipiatur. Et ſiquis talis receptus fuerit, eoquod interrogatus talem infirmitatem manifeſtare noluerit, declaratur, Religionem ad eum retinendum minime velle eſſe obligatam*. Perſpicua ſunt verba quoad ipſius Religionis facultatem ejiciendi profeſſum, qui morbum, quo tenebatur, reticuit, quamvis de eodem, antequam Religioni ſe devoveret, interrogatus fuerit, quemadmodum ſcite animadvertit P. Bartholomæus de Vecchis in Libro inſcripto *Praxis obſervanda in admittendis ad Religionis ſtatum Novitiis*, *diſput.* 13, *dub.* 15, *num.* 4, & *ſeq.* & præcipue *num.* 8. Itaque quotieſcumque Superiores Regulares conſenſerint, ut ſic profeſſus abſcederet, teſtimoniales litteras ipſi tradentes, quibus ille declarabatur Regulari obſervantia ſolutus, immo extra eam factus, eoquod rogatus licet occultum perpetuumque ſuæ valetudinis vitium reticuerat, ne forte ſuſpicaretur aliquis, ipſum veluti incorrigibilem e Religione expulſum fuiſſe, temperamentum hujuſmodi Romanæ Congregationes commendare non deſtiterunt. At, cum Religio poſtulationibus hujuſmodi profeſſi abire cupientis obſiſtit, contenditque, ſibi uni relictum eſſe jus impugnandi ejuſmodi Profeſſionem, non autem illi, qui contra Conſtitutionum præſcriptum illam emiſit, tunc ingens profecto difficultatum pelagus commotum eſt. Vitium eſt enim aliquibus, nullo modo percipi poſſe, cur correſpectivus contractus, ſi quoad alterum ex contrahentibus nullus remanet, nullus itidem eſſe non debeat reſpectu alterius, ſpectataque æqualitatis conditione, hujuſmodi contractui intrinſeca, ſi primo licitum eſt nullitate uti, eamque judicio perſequi, cur eamdem ipſam proponere alter prohibeatur. Ita diſſerunt Capon. *Diſcept.* 53, *num.* 53, & *ſeq.* P. de Vecchis *citat. Op. diſput.* 13, *dub.* 15, *num.* 4, & *num.* 8, & P. Theſaurus, ex Ca-

Digitized by Google

ribus ſ is exprimebant, diſciplinæ profeſſio (*l*).

QU.

puccinorum Familia in Libro, cui Titulus *Expoſitio in Regulam Fratrum Minorum S. Franciſci cap.* 2. Alii e contraria parte opinantur, juſtitiæ, & æquitati maxime congruere, ut decepta Religio jure ſuo utatur, ejiciendo ejuſmodi nulliter profeſſum; at iniquum eſſe, & a juris regulis peralienum, ut deceptor ex propria fraude compendium, utilitatemque percipiat: quæ vero correſpectivis contractibus ineſſe dicitur æqualitas, eam dicunt locum obtinere debere, quando contrahentes omne id, quod debuerant, bona fide præſtiterunt, nullatenus autem, cum ipſorum alter culpabilis deprehenditur: veluti in dies comprobatur in Matrimoniali contractu, in quo conjux innocens id jure petit, quod alter delinquens petere prohibetur.

Dum in minoribus conſtituti prædicto munere Secretarii Congregationis Concilii fungebamur, res tulit, ut opportunus fieret hujuſmodi diſputationi locus in quadam cauſa *Provinciæ Romanæ Capuccinorum Nullitatis Profeſſionis*, propoſita die 31 Julii 1723, & 8 Julii ſequentis anni 1724. Folia tunc typis vulganda contexere, & congruis animadverſionibus exornare non prætermiſimus, ut videre eſt *tom.* 2, *&* 3, *Theſauri Reſolut.* Affirmari tamen non poteſt, quæſtionis nodum reſolutione tunc edita fuiſſe ſolutum: quapropter in ſuperius indicata noſtra Conſtitutione, cui initium *Si datam hominibus*, quæque eſt *quadrageſima ſeptima tom.* 2 *noſtri Bullarii*, in aliud tempus congruam quæſtionis deciſionem reſervavimus, ut patet ex §. *Itaque prædictis omnibus*. Quare cum nonnulli Epiſcopi in relatione ſtatus Eccleſiarum ſuarum opportuna ſibi monita juſtamque hac in re procedendi normam tradi expetierint, aſſerentes, factum quandoque eſſe, ut ſimul cum Regulari Superiore cognoſcere debuerint, an profeſſus, qui, ut ſupra, rogatus corporis vitium per fraudem reticuerat, ad proponendam nullitatem Profeſſionis admitti deberet, contradicente licet Religione, quæ eumdem ſibi addictum retinere intendebat nil curans inductam a Conſtitutionibus illius Profeſſionis nullitatem, quam non in profeſſi favorem, ſed in proprium commodum utilitatemque ſtatutam affirmabat, non aliud reſponſum tunc dari potuit, neque deinceps dabitur, quouſque quæſtio dirimatur, quam ut evolvantur libri, diſſentientium Scriptorum momenta expendantur, nec eorum tantummodo auctoritas, ſed præſertim allatæ per ipſos rationes introſpiciantur; eique opinioni ſententia aptetur, quam is, qui Judicis auctoritate fungitur, probabiliorem eſſe deprehendet. Etenim inter Propoſitiones a Ven. Servo Dei Innocentio XI 2 Martii 1679 proſcriptas, ſecunda numero recenſetur iſta: *Probabiliter exiſtimo, Judicem poſſe judicare juxta opinionem etiam minus probabilem*.

(*l*) Eybel *ibid. pag.* 76, *n.* 334. Valide emiſſa profeſſio, quæ eſt promiſſio ſolemnis, ac mutua ab Eccleſia acceptata, qua homo fidelis & nulla lege prohibitus votis Monaſticis ad regulam Religionis approbatæ ſervandam ſeſe libere adſtringit, partim de Canonico, partim de civili jure hoſce habet effectus, ut I omnia vota ſimplicia ante edita modo non in favorem hominis facta ſint, extinguat. II relaxet irregularitates ex defectu natalium ortas ſaltem pro ſuſcipiendis SS. ordinibus & obtinendis beneficiis, queis prælatura, aut dignitas non adhæret. III dirimat ſponſalia, immo Matrimonium contractum, ſi nondum conſummatum ſit: poſt conſummatum vero in caſibus inducat divortium. IV Abſtergat maculam, ſeu inhabilitatem quoad effectus civiles ex vita anteacta.

(1)

QU. XXX.

Quas pœnas conſtituis in Monachos ſui Ordinis deſertores?

§. I. PRofeſſionem Regularem eſſe alteram Chriſtianæ Religionis, illiuſque, quam primitivi Fideles moribus ſuis exprimebant, diſciplinæ profeſſionem, colligimus etiam ex eo, quod qui Regulare Inſtitutum ejurant, *Apoſtatæ* (*a*) dicantur, non ſecus ac illi, qui Chriſtianam Religionem ejurabant.

§. II. Quid quod iisdem quoque pœnis, quas Eccleſiaſticis legibus, ac Canonibus jam inde a priſcis Eccleſiæ ſæculis dabant illi, qui a Chriſtianis ad Ethnicos deficiebant, digni habentur etiam illi, qui ab Regularibus ad Laicos profugiunt.

Habe illas ex Cod. Theodoſ. Lib. XVI, Tit. VII, de Apoſtat. „ Hi, „ qui ſanctam fidem prodiderunt, & „ Sanctum Baptiſmum profanaverunt, „ A CONSORTIO OMNIUM SE„ GREGATI SUNT. “ Ex Concilio Eliberitano can. 1. „ Placuit in„ ter eos, qui poſt fidem Baptiſmi „ ſalutaris adulta ætate ad Tem„ plum Idololatrarum acceſſerit, & „ fecerit, quod eſt crimen principa„ le, quia eſt ſummum ſcelus, pla„ cuit, nec in fine eum communio„ nem accipere: “ Ex Siricii Epiſtola ad Himerium cap. III. „ Apo„ ſtatis quamdiu vivunt, AGENDA „ EST PŒNITENTIA. “ Ex Cypriani Epiſtola LII ad Antonianum. „ Nec dignus eſt in morte accipere „ ſolatium, qui non cogitavit ſe eſ„ ſe moriturum (*b*). “

Habe modo iſtas ex Can. 2, Tit. XXIV,

(a) Donjatius *in Lancellot. Inſtit. Lib. III, Tit. IV*, §. 17, *Part. II, pag.* 267. Apoſtatæ a verbo ἀφίστημι, quod eſt ſeparo, & abduco; vel potius ab ἀφίσταμαι, quod ſignificat abſcedere, abſtitere, abdicare, deficere, deductum eſt Græcum ἀποστάτης, & Latinum *Apoſtatæ* nomen, quod deſertoribus, ſeu transfugis in genere tribuitur. Ab eodem fonte eſt ἀπόστασις, & Apoſtaſia, defectio. Hinc Apoſtatandi verbum, quo uſus eſt Cyprianus, in eos, qui ad ſæculum, cui renuntiaverant, reverſi gentiliter vivunt: vel ad Hæreticos, qui transfugæ facti, contra Eccleſiam perniciabilia arma ſuſcipiunt.

(b) Bingham. *O. E. Lib. XVI, cap. VI*, §. 4, *Tom. VII, pag.* 283. Concilium *Illiberitanum* omnibus iſtiuſmodi apoſta-

XXIV, in *6.* „ Ut periculoſa Reli-„ gionis evagandi licentia ſubtraha-„ tur, diſtrictius inhibemus, ne de „ cætero aliquis quamcumque Reli-„ gionem tacite, vel expreſſe pro-„ feſſus temere habitum ſuæ Reli-„ gionis dimittat. Si quis autem te-„ merarius violator extiterit, EX-„ COMMUNICATIONIS INCUR-„ RAT SENTENTIAM IPSO FA-„ CTO. “ Ex Regula Benedictino-rum cap. IV. „ Frater, qui proprio „ vitio egreditur ex Monaſterio, ſi „ reverti voluerit, ſpondeat prius o-„ mnem emendationem vitii, pro „ quo egreſſus eſt, & ſic in ultimo „ gradu recipiatur, ut ex hoc ejus „ humilitas comprobetur. “ Ex In-ſtitutis Præmonſtratenſium Diſtinct. III, Cap. IX. „ Quicumque apoſta-„ taverit, ſi infra quadraginta dies „ non redierit, excommunicabitur, „ ſi vero miſertus ſui redierit, de-„ poſitis veſtibus in clauſtro, nudus „ cum virgis in Capitulum veniet, „ & proſtratus culpam ſuam dicet, „ & humiliter veniam petet, & „ quamdiu Abbati placuerit, pœnæ „ gravioribus culpis debitæ ſubjace-„ bit, & in Capitulo nudum ſe præ-„ ſentabit, & in omnibus Domini-„ cis diebus infra hoc tempus pœ-„ nitentiæ ante oſtium, ubi proceſ-„ ſio tranſitura eſt, proſtratus jace-„ bit, & ubique in conventu noviſ-„ ſimus erit, & peracta pœnitentia „ nunquam priorem locum obtine-„ bit, ſed inferiorem, ſecundum quod „ Abbati viſum fuerit; ita ut tem-„ pus tranſgreſſionis ſubtrahat de „ tempore converſionis. Quod ſi ite-„ rum ſtimulante Diabolo ruptis cha-„ ritatis, & obedientiæ vinculis ef-„ fugerit, & iterum redierit, ex-„ tra clauſtrum, depoſitis veſtibus, „ nudus cum virgis in Capitulo ve-„ niam poſtulabit, & ſicut ſupra di-„ ctum eſt, poſtea pœnitebit. Si ve-„ ro-

tis communionem ad finem uſque vitæ denegat, quia crimen duplicarint, non tantum ſe ſeparando ab Eccleſia, ſed etiam ſemetipſos idololatria polluendo. E contrario minores iſti apoſtatæ, qui religioſis conventibus ſolum longo tempore ſe ſubſtraxiſſent, non autem in idololatriam commiſiſſent, ſi poſtea revertrerentur ad Eccleſiam, poſt decem annorum pœnitentiam admitti denuo ad communionem poterant. *Cyprianus* dicit, apud Anteceſſores ſuos in *Africa* quosdam de Epiſcopis communionem negaſſe trium magnorum criminum, apoſtaſiæ, adulterii, & homicidii reis. Qui rigor licet ipſius ætate paullum eſſet imminutus, eis tamen, qui in idololatriam lapſi erant, per omnem vitam pœnitere jubebantur. Quod etiam a *Siricio* Epiſcopo *Romano*, qui Apoſtatis, quamdiu vivant, agendam pœnitentiam, nec reconciliationem, niſi in hora mortis, impertiendam eſſe dicit. Et hæc indulgentia eis eo tantum tribuebatur, ut redirent ſeque pœnitentiæ ſubmitterent voluntarie, dum viverent, antequam aliqua neceſſitate, vel infirmitate id facere cogerentur. Si enim in apoſtaſia ad extremum perſeverarent, & tantum reconciliari cuperent, imminentis mortis metu impulſi, tum hoc eis ſolatium negatum eſſe, fidem nobis facit *Cyprianus*, eo quod non eſſet pœnitentia, ſed inguentis mortis formido, quæ ipſos reconciliationis cupidos efficeret. Et Concilium *Arelatenſe* primum, ſimile decretum fecit, quod hujuſmodi apoſtatæ ad communionem…

mu-

„ ro tertio perurgente Diabolo fugitivus evaſerit, & poſtea, Deo incitante, redierit, extra portam veſtes deponet, & nudus cum virgis in Capitulo miſericordiam quærere veniet, & de cætero eodem modo, quo ſupra dictum eſt, pœnitentiam aget. Omnibus tamen Fratribus pro hujuſmodi petentibus, & humiliter in Capitulo deprecantibus Abbas ſecundum quod eorum Pœnitentiam viderit, eis indulgere, vel remittere poterit ſecundum quod diſcretioni ſuæ viſum, vel placitum fuerit. Quod ſi quarto furore Diaboli arreptus diſceſſerit, & poſtea redierit, ſi Clericus fuerit, nequaquam ultra in Officio Clerici erit, ſed inter Laicos erit, quamdiu Abbati, & Capitulo viſum fuerit; ſi vero Laicus fuerit, in viliſſimo Officio, & omnium Laicorum noviſſimus erit, & omni tempore vitæ ſuæ in pane, & aqua, & ſolo pulmento pœnitebit; niſi in ſolemnibus feſtis, & diſcretio Abbatis aliquando miſericordiam ei impendere voluerit. Si quis in Apoſtaſia ordinatus fuerit, Ordinibus male ſuſceptis perpetuo carebit, niſi forte poſtmodum ita religioſe converſatus fuerit, ut Patres in generali Capitulo judicent aliquam circa eum poſſe fieri diſpenſationem. Si quis autem prius ordinatus in Apoſtaſia, & excommunicatione, divina celebrare præſumpſerit, nonniſi poſt diuturnam pœnitentiam, & laudabilem converſionem Officio ſuo fungatur. “

Hinc vides, uti priſcorum Chriſtianorum inſtituta omnia Regulares ſint æmulati, uti iiſdem mœnibus, aggeribus, atque cuſtodiis, quibus illi ſuam ſocietatem, hi ſuam ſodalitatem ſepſerint, vallaverint, ac communierint (c).

QU.

munionem non ſint recipiendi, niſi reſipiſcant, & dignos pœnitentiæ fructus faciant. Cujus ſeveritatis vera ratio erat, ut homines deferrerentur a fiducia in pœnitentia, quam moribundi præſeferrent, collocanda. Si enim a Martyrio diſceſſeris, quod *Cyprianus* admittit, talibus apoſtatis non erat tempus, & occaſio operibus ſuis demonſtrandi, quod criminis ſe vere pœniteret; adeoque Eccleſia pacem eis negabat, in totum eos remittens ad infallibile Dei judicium.

(c) Qui regulare inſtitutum temere deſerit, certoque, ac deliberato animo ab eo diſcedendi, is revera apoſtata habetur: non item qui cum legitima venia diſce-

ſcedit, aut qui non prorſus regularis vitæ propoſitum abjecit. Plures hinc oriuntur quæſtiones de iis, qui a religione diſceſſerunt, ſed tamen habitum adhuc retinent; item de iis, qui ſive venia ſuperioris inſtitutum ſuum deſeruerunt, ut laxiorem arctioremque regulam amplectantur. De his omnibus agit Theophilus Raynaudus de *apoſtaſ. a relig. ordin. opp. tom.* 17, *pag.* 5, & *ſeq.* Verum Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum an. 1624, ſancivit: *ut fugitivi, & apoſtatæ ſive habitum regularem deferant, ſive non, poſſint, ac debeant ab Epiſcopo loci, ubi moram trahunt, in carceres conjici, ac ſuperioribus regularibus conſignari ſecundum regularia inſtituta puniendi*. Ex quo patet, apoſtatas habendos eſſe regulares, qui venia a ſuperiore non impetrata a clauſtris diſceſſerunt, atque extra ea temere vagantur, ſive habitum gerant, ſive deſeruerint, ſive redeundi ad religionem animum habeant, ſive prorſus abjecerint. Quin etiam, a Concilio Trid. *cap.* 4, & 19, *de regular. ſeſſ.* 25, & a Benedicto XIV *Conſt. ſi datam* 47, *pag.* 237, *tom.* 1 *ejus Bullar. edit. Venet.* 1754, ſancitum eſt, ut tanquam apoſtatæ habeantur Regulares, qui ſuo arbitrio habitum deſerunt, atque e clauſtris Monaſterii diſcedunt, ut profeſſionis nullitatem proponant, aut eant ad ſui Ordinis ſuperiores. Pertinet etiam ad hunc locum Conſtitutio *Licet ſacra* 112. Benedicti XIII, *tom.* 12 *Bullar. pag.* 70, & Conſtitutio *Paſtor bonus* 95, §. 53, Benedicti XIV, *tom.* 1. *ejus Bullar. pag.* 198, *edit. Venet.* Conſule Benedictum XIV *de Synod. Diœceſ. lib.* 13, *Cap.* 11, *num.* 14, & Giraldum *expoſ. jur. Pontif. par.* 2, *ſect.* 157, *pag.* 1029, ubi etiam habes conſtitutiones eadem de re editas a Sixto V, & a Clemente VIII.

Conſule Benedictum XIV *de Syn. Diœceſ. Lib. XIII*, & Conſtitution. Paſtor bonus *Tom. I ejusdem Bullarii*.

Lancellotus *Inſtit. Canon. Lib.* I, *Tit. XXX*, §. 16. Sed nec temere Monachus de Monaſterio in Monaſterium migrare permittendus eſt; niſi Monaſterium, ad quod tranſitum facere cupit, diſtinctius exiſtat. Quo caſu, nullo obſtante privilegio, Prælatus Monacho ſine difficultate debet tranſeundi licentiam indulgere, ne videatur propoſitum impedire divinitus inſpiratum.

Atque hæc de jure communi. At quia conſtat pluribus ordinibus ſucceſſu temporum plura fuiſſe indulta privilegia, quibus eorumdem Ordinum Profeſſis aditus antea late patens ad arctiores religiones hodie prorſus occluditur, ideo praxis hodierna fert, ut etiam pro tranſitu a laxiore ordine ad arctiorem Pontificia impetretur diſpenſatio. Hæc quoties datur, ſub his ferme conditionibus datur. I Ut tranſitus fiat petita, quamvis fortaſſe non habita venia a ſuperiore ejus Ordinis, a quo receditur. II Ut fiat amore perfectionis, non fortaſſe gratia evitandi pœnam criminis in præcedenti religione perpetrati. III Ut ante tranſitum certo ſtet ſuperiori Ordinis, a quo receditur, a ſuperiore Ordinis, ad quem tranſitus fit, novum alumnum fore recipiendum. IV Ut translatus novum profeſſionis annum, novamque Profeſſionem emittat in Religione, ad quam tranſitus fit.

Lancellot. *ibid.* §. 18. Mendicantibus vero approbatis, qui prætextu arctioris ducendæ vitæ ad Monaſterium confugiunt, etiamſi auctoritate Apoſtolica fuerint muniti, Clemens V ſacro approbante Concilio interdixit, ne vocem, aut locum in Capitulo talis Monaſterii haberent, neve ad Prioratus adminiſtrationes, aut quæcumque officia aſſumi poſſent. Sed noviſſime Martinus IV omnino vetuit Mendicantes ad aliquem Monaſticum Ordinem, excepto Ordine Carthuſienſium, ſine ſpeciali Sedis Apoſtolicæ conceſſione tranſire, tam recipientibus, quam receptis ipſo facto excommunicationis pœnam incurſuris.

Tran-

Digitized by Google

Tranſeuntes autem Mendicantes ſive ad Ordinem Carthuſienſium ſine conceſſione Sedis Apoſtolicæ, ſive ad alios Ordines cum dictæ Sedis conceſſione ſecundum Canon. ante Ind. Clementis V, neque vocem, aut locum in Capitulo talis Monaſterii habebunt, neque ad Prioratus administrationes, aut quæcumque officia aſſumi poterunt, niſi nova ſpeciali conceſſione Sedis Apoſtolicæ. Cæterum his, quæ ſtatuta leguntur in extravagant. *Via ambitioſæ cupiditatis* inter commun. cujus auctor a Lancelloto dicitur Martinus IV, attendere maxime decet utpote confirmatis in Reg. 23 Cancellar. de Mendic. non transferendis, quæ dictæ extravagant. auctorem facit Martinum V.

Q U.

Digitized by Google

ſcribit Sanctus Paulus I ad Timoth. V, 9. *Vidua eligatur non minus ſexaginta annorum, quæ fuerit unius viri uxor, in operibus bonis teſtimonium habens, ſi filios educavit, ſi hoſpitio recepit, ſi ſanctorum pedes lavit, ſi tribulationem patientibus ſubminiſtrabit, ſi omne opus bonum ſubſecuta eſt?* Quid

---

bus earum in proximos charitas plurimum verſabatur, vidiſſes illas nunc ægrorum lectulis aſſiſtere, nunc captivos maxime vero Confeſſores, aut martyrio coronandos viſitare; alias pauperibus ſubvenire, hoſpitio peregrinos excipere, ſepelire mortuos, omnia denique miſericordiæ opera complecti. (Tertul. ad uxor. l. 2, c. 4.) Nuptæ etiam mulieres in partem tam pulchri laboris veniebant, nunquam ferme domo egredi ſolitæ, quàm ad preces in Eccleſia communiter perſolvendas, aut ad bene de proximis merendum. Viduæ tamen, quod ab aliis curis magis ſolutæ, ac liberæ eſſent, charitatis huic officio totas ſic impendebant, ſi opibus abundarent, easdem in pauperum uſus erogabant, ſi vero ipſæ indigerent, ab Eccleſia ſuſtentabantur.

Edmund. Martene *de antiq. Eccl. rit. Lib. II, cap. VII, pag.* 198. Idem & virginum, & viduarum votum, idem propoſitum per mentis corporiſque integritatem immortali ſponſo perpetuo conjungi, ſpretiſque carnis, ac mundi oblectamentis puriſſimis illius amplexibus perfrui. Non nihil tamen inter utramque conſecrationem intercedit diſcriminis, quod hoc capite obſervare par eſt.

Viduæ qua ætate poterant caſtitatis propoſitum amplecti.

Et primo illud occurrit, quod prima virginum conſecratio omni fere ætate, ſecunda anno ſaltem vigeſimo quinto peragi poterat, utque plurimum peragebatur. At vero viduarum non ita. Nam ex Concilio Turonenſi III, cap. 27. (Juvenes viduæ cito nequaquam velentur uſque dum probetur illarum religio, & bona eis nota ſit converſatio). Solebat annus ætatis ſaltem quadrageſimus ad velandas viduas expectari. Præterea nec ſtatim poſt viri obitum ad cœleſtis ſponſi nuptias admittebantur, ſed diem minimum trigeſimum exegiſſe debebant. (De feminis, quæ viros amittunt, inquit Capitulare Aquiſgranenſe anni 816, n. 21., placet, ne ſe, ſicut hactenus, indiſcrete velent, ſed ut triginta dies poſt deceſſum viri ſui expectent, & poſt trigeſimum diem per conſilium Epiſcopi; vel ſi Epiſcopus abſens fuerit, conſilio aliorum religioſorum Sacerdotum ſuorumque parentum atque amicorum, id quod eligere debent eligant.) Quod decretum confirmavit Concilium Pariſienſe VI, an. 829 celebratum, lib. 1, cap. 44. Immo Longobardis non licebat feminis niſi poſt integrum ab obitu viri annum tranſactum velum aſſumere. Attamen eas ab hac lege exemit Carolus Magnus; ita quippe in ſuo Capitulari anni 801, n. 13. (De feminis, quas defunctis viris lex Longobardorum prohibet ante anni ſpatium veſtem religionis mutare, velumque ſuſcipere, petierunt noſtram licentiam, ut mox dum divina pietas inſpiraverit, eas indemnes liceat ſuſcipere. Nos autem non conſiderantes, quia præterito tempore pro ipſa dilatione multæ raptæ intra idem ſpatium ad aliam partem diſtractæ fuerunt, ideo petitionem earum, quia cenſuimus eſſe juſtam, ſuſcepimus & eis fieri ita concedimus.

Quo die, & loco.

Secundo nonniſi certis iiſque ſolemnibus diebus velabantur Virgines, idque ante Altare, dum ſacra miſſarum myſteria celebrarentur. At vero viduis quocumque die id licebat, nec ullum eis aſſignatum diem legimus: idque non ad aras, ſed in

Digitized by Google

Quid eas, quæ Eccleſiarum miniſteriis addictæ erant (*c*), ac conſe-

cra-

ſecretario, ſeu ſacriſtia peragebatur, ut patet ex Concilio Arauſicano I, can. 17. (Viduitatis ſervandæ poſſeſſionem coram Epiſcopo in ſecretario habitam, impoſitam a presbytero veſte viduali, non eſſe violandam.)

Caſtitatis profeſſionem ſcripto promittebant.

Tertio, virginitatis votum ab Epiſcopo interrogatæ verbo emittebant virgines; cum e contrario viduæ continentiam ſcripto promittebant: ſaltem id præſcribit Concilium Toletanum X, cap. 4, decernens (ut vidua, quæ ſanctæ religionis obtinere propoſitum voluerit, Sacerdoti, vel miniſtro, ad quem aut ipſa venerit, aut quem ad ſe venire contigerit, ſcriptis profeſſionem ſuam faciat a ſe, aut ſigno, aut ſubſcriptione notatam, continentem ſe; & religionis propoſitum velle, & hoc perenniter inviolate ſervare.)

Viduarum nulla olim benedictio.

Quarto, benedictionem, ſeu precem ſuper virgines fundebat Epiſcopus, nullam ſuper viduas nec Epiſcopus, nec presbyter. (Omnes ſciunt, inquit Concilium Turonenſe II, c. 21, quod numquam in canonicis libris legitur benedictio vidualis, quia ſolum propoſitum illi ſufficere debet.) Et Gelaſius Papa epiſt. 9 ad Lucaniæ Epiſcopos, *De viduis ſub nulla benedictione velandis* agit, quem locum citat Zacharias Papa in epiſt. 7 ad Pippinum cap. 6. In ordine tamen Gelaſiano, quem Romæ vulgavit eruditus vir Joſephus Thomaſius extat benedictio vidualis unica conſtans oratione, ſed illi ſucceſſu temporis facili negotio potuit inſeri. Similiter in antiquis Pontificalibus libris Egberti Eboracenſis Epiſcopi, Anglicano Monaſterii Gemmeticenſis, Gellonenſi miſſali annorum minimum 900, legitur benedictio ſuper viduas pronuncianda.

Eas velabant ſimplices presbyteri.

Quinto, velum virgini imponebat Epiſcopus ſolus, viduæ vero Presbyter, benedictum tamen ab Epiſcopo, & cum ejus licentia. Et quidem velatas haudquaquam ab Epiſcopo fuiſſe viduas conſtat ex epiſtola Gelaſii citata: (Viduas autem velare nullus Epiſcopus attentet, quod nec auctoritas divina delegat, nec canonum forma præſtituit.) Quod vero nec presbyteris id ſine permiſſu Epiſcopi liceret, diſcimus ex Herardi Turonenſis Archiepiſcopi Capitulari, ex Concilio Pariſienſi VI, lib. 1, cap. 40, atque etiam ex Capitularibus regum Francorum editionis Balutianæ pag. 1139, in quibus hæc leguntur: (Quia ergo quod ſæpe in noſtris Conciliis prohibitum eſt, viduas, inconſultis Epiſcopis velari non debere, & eamdem conſtitutionem a quibuſdam prævaricari nunc cognovimus, prorſus ne id fieret interdiximus; ut ſi quiſpiam presbyterorum deinceps hujus conſtitutionis contumaciter tranſgreſſor extiterit, ſcilicet ut aliquam viduam inconſulto Epiſcopo velare præſumat, gradus ſui periculum incurrat.) Aliquando autem acceptum de Altari benedictum ab Epiſcopo velum ipſæ ſibi viduæ imponebant, quod quidem ex Concilio Toletano X, c. 4, *purpurei, vel nigri coloris* eſſe debebat.

Cæterum conſecratæ Deo hujuſmodi viduæ ſub Epiſcopi cura manebant, qui eas ex Eccleſiæ ſtipendiis ſuſtentabat, eiſque religioſum aliquem virum præficiebat, qui circa eas ſollicitudinem præcipuam gereret, de quo Concilium Cartaginenſe IV, c. 97. (Qui religioſis feminis præponendus eſt, ab Epiſcopo loci probetur.)

(c) *De Diaconiſſis primitivæ Eccleſiæ* diſſertationem edidit Joh. Philippus Ode-

le-

cratæ, quarum virtutes ſuis ornat verbis Apoſtolus in Epiſtola ad Roma-

ſemius *Lipſiæ* 1706. Exſtant præterea non pauci, qui de illis egere, atque a Fabricio *Bibliogr. p.* 663, & Walchio *hiſt. Eccl. pag.* 444, *ſeqq.* numerantur, quos inter Agnellus *Honoratus* diſſertationum Lucæ editarum *p.* 64, *ſeqq.* Verum his omnibus palmam præripuit Cl. P. Johannes Pinius in *Tract. prælim. ad Tomum primum ſeptembris Bollandiani*, P. 1, 28.

Martene ibid. §. VIII. Ex utriſque, virginibus ſcilicet, & viduis olim eligebantur eæ, quas diaconiſſas, ſeu diaconas appellabant, quarum hic munia, & benedictionis ritus paucis ſubjicere neceſſe eſt. Et munia quidem deſcribit Clemens in Conſtitutionibus Apoſtolicis paſſim. Præcipuum autem erat Epiſcopis, & Presbyteris miniſtrare in feminarum baptiſmo: (Diaconiſſa, inquit lib. 8, c. 28, non benedicit, neque facit aliquid eorum, quæ Presbyteri, aut Diaconi faciunt, niſi quod januas cuſtodit, & Presbyteris miniſtrat cum mulieres baptizantur, idque propter decorem, & honeſtatem.) Signantius vero lib. 3, cap. 15, quid in baptiſmo mulierum præſtarent, exponit: (Ad multa indigemus diaconiſſa, ac primum quidem cum mulieres baptizantur, unget quidem eis Diaconus frontem Oleo Sancto, poſt eum illinet eas diaconiſſa: non enim opus eſt, ut viri inſpiciant feminas.) Et cap. 16, explicato baptiſmi ritu: (Virum quidem ſuſcipiat Diaconus, mulierem vero diaconiſſa ut honeſta, & a quibus decet fiat ſignum infractum.) Et canon 74 Arabicus Concilii Nicæni: Diaconiſſæ ad hoc ſolum paratæ ſint, ut feminas in baptiſmo ſuſcipiant.) Concilium Carthaginenſe IV, c. 12, addit. (Ut viduæ, vel ſanctimoniales, quæ ad miniſterium baptizandarum mulierum eliguntur, tam inſtructæ ſint ad officium, ut poſſint apto, & ſano ſermone docere imperitas, & ruſticas mulieres tempore, quo baptizandæ ſunt, qualiter baptizatori interrogatæ reſpondeant, & qualiter accepto baptiſmate vivant.) Meminit hujus diaconiſſarum officii S. Epiphanius Hæreſi 79. (Quamquam diaconiſſarum in Eccleſia ordo ſit, non tamen ad Sacerdotii functionem, aut ullam hujuſmodi adminiſtrationem inſtitutus eſt; ſed ut muliebris ſexus honeſtati conſulatur; ſive ut baptiſmi tempore adſit, ſive ut inſpiciat ſiquid paſſa ſit, aut moleſtiæ pertulerit, ſive ut cum nudandum eſt corpus mulieris interveniant; ne virorum, qui ſacris operantur, aſpectui ſit expoſita, ſed a ſola diaconiſſa videatur, quæ Sacerdotis mandato mulieris curam gerit quo tempore veſtibus exuitur.) Similia habet in Expoſitione fidei, cujus ex verbis aliud diaconiſſarum munus colligimus, ut non ſolum in baptiſmo mulierum, ſed etiam quoties eorum perſcrutanda erant corpora, diaconiſſarum miniſterio Eccleſia uteretur.

Earum præterea haud ignobile officium fuit, Eccleſiæ januas, dum ſacris operaretur Sacerdos, cuſtodire, ut modo dicebat Clemens, & lib. 2, cap. 61. (Moneant, inquit, oſtiarii ad introitum virorum illos cuſtodientes; diaconiſſa ad introitum feminarum more nauticorum cuſtodum). Hinc S. Ignatius in epiſtola ad Antiochenos (ſaluto ſanctarum portarum cuſtodes diaconiſſas).

Aliud diaconiſſarum munus deſignat Clemens lib. 3, cap. 15, Epiſcopum ſic alloquens: (Elige quoque diaconiſſam fidelem, & Sanctam ad Miniſtrandum mulieribus. Evenire enim ſolet aliquando in quibuſdam domibus, ut non poſſis propter infideles mittere diaconum ad mulieres, mittere vero poſſis diaconiſſam propter cogitationes improborum). Et cap. 62, lib. 1, jubet, ut (diaconiſſa cum advenientibus mulieribus pauperibus, ſive diviribus) debita hoſpitibus officia obſervet.

Denique ſine diaconiſſa nulla mulier ad diaconum, aut Epiſcopum accedere audebat ex Clementis libro 2, cap. 30.

manos XVI, 22 Quid Phœbem, Tryphoſam, Eunycem, Priſcam, Perſidem, Mariam, Juliam, Appiam, Triphænam, Loidem, de quarum laudi-

---

Unico tantum viro nuptæ, aut virgines eligebantur.

Hæc ſunt præcipua diaconiſſarum munia, quæ non quibuſvis viduis committebantur, ſed probatis, quæ unico nupſiſſent viro: (Diaconiſſa ſit virgo caſta; ſin minus, ſaltem vidua eligatur, quæ unum virum habuerit, fidelis, & honeſta) inquit Clemens lib. 6, c. 17. Similia habet S. Epiphanius in Expoſitione fidei, ubi de diaconiſſis. (Illæ, inquit, univiræ, & continentes eſſe debent, vel poſt unas nuptias viduæ, vel perpetuo virgines). Et antea Tertullianus lib. 1 ad Uxorem, cap. 7. (Quantum fidei detrahant, quantum obſtrepant Sanctitati nuptiæ ſecundæ, diſciplina Eccleſiæ, & apoſtoli præſcriptio declarat, cum digamos non ſinit præſidere, cum viduam in ordinationem niſi univiram non concedit.

Poſt annum quadrageſimum.

Addit Juſtinianus imperator (diaconiſſam non ordinari in Sancta Eccleſia, quæ minor eſt annorum quadraginta, aut ad ſecundas nuptias venerit.) Eamdem ætatem ab benedicendas diaconiſſas requirit Concilium Chalcedonenſe can. 15, & Concilium in Trullo can. 14. Et tamen apoſtolus I Timoth. 5, jubet, ut *vidua eligatur non minus ſexaginta annorum, quæ fuerit unius viri uxor;* cujus decretum renovant canon. 14 Arabicus Nicæni Concilii, & Theodoſius imperator lib. 16 Codicis titulo de Epiſcopis, & Clericis lege 27. Unde non ſine ſingulari privilegio Nectarius Conſtantinopolitanus Epiſcopus Olimpiadem adoleſcentulam viduam ordinavit diaconiſſam, id quod ſane & natalium ejus ſplendor, & virtus non mediocris promerebantur.

Ibidem §. XIV. Ritus in diaconiſſarum conſecratione obſervari ſolitos exhibet Ordo Romanus, a quo non differunt ea, quæ in mſs. libris Pontificalibus legimus niſi in numero orationum, quarum alii unicam, alii plures repræſentant, nonnulli etiam quod de ſtolà collo diaconiſſæ imponenda dicitur prætermittunt. Hæc Martene.

Diaconiſſas nullam manuum impoſitionem accepiſſe quidam putant, atque ex eorum numero ſunt Baronius *ad an.* 34, *num.* 283, *pag.* 213, *tom.* 1, *ed. Lucæ*; & Valeſius *not. in Sozomon. lib.* 8, *c.* 9, *pag.* 337, *ed. Cantabrig.* Moventur *canone* 19 Concilii Nicæni *col.* 42, *tom.* 2, *collect. Labbæi*, cujus hæc verba ſunt: *Diaconiſſarum autem meminimus, quæ in habitu quidem cenſentur, quoniam nec ullam habent manuum impoſitionem, ut omnino inter laicos ipſæ connumerentur.* Quiſquis tamen hunc canonem paulo diligentius expendat, facile deprehendet, eum non ad omnes generatim Diaconiſſas pertinere, ſed ad eas tantum, quæ habitum ſine ulla manuum impoſitione inter Paulianiſtas acceperant. Cæterum ipſe canon non obſcure declarat, reliquas Diaconiſſas manuum impoſitionem habuiſſe, quod recte obſervarunt viri eruditi, præſertim Jo. Gaſpar Svicerus *theur. tom.* 1, verb. *Διακόνισσα num.* 5, *pag.* 867, *Amſtæledami* 1682, Arcudius *Concordi. Eccles. occident. & orient. lib.* 6, *cap.* 10, Chriſtianus Lupus *ſchol. in eumd. can. Nicæn. opp. tom.* 1, *pag.* 265, *ed. Venet.* Gabriel Albaſpinæus *not. in eumd. can. pag.* 199, *ed. Neap.* Carolus Fabrotus *not. ad Balſam. collect. conſtit. lib.* 3, *tit.* 1, apud Juſtellum *Biblioth. Jur. Canon. tom.* 2, *pag.* 1417, *Paris.* 1661, Gaſpar Juvenin. *de ſacram. diſſert.* 8, *de ſacram. ordin. in commun. quæſt.* 5, *cap.* 1, *p.* 532, Natalis Alexander *Hiſtor. Eccleſ. ſæc.* 5, *cap.* 5, *art.* 6, *num.* 21, *pag.* 145, *t.* 5, *ed. Venet.* 1776. Revera Concilia, & Scriptores, qui de Diaconiſſarum ordinatione loquuntur, manuum impoſitionem diſerte memorant. Ea-

rum

dibus Paulinæ Epiſtolæ numquam conticeſcent? Quid Divi Philippi filias, quæ & ſanctitatis gloria claruerunt, & in virginitate conſenuerunt?

§. II.

---

rum ordinatio *canone* 15 Concilii Chalcedonenſis *col.* 608, *tom.* 2, *collect. Harduini* vocatur χειροτονία χειροθεσία, *manuum impoſitio*; quo eodem vocabulo utitur Concilium Trullanum *can.* 14, *col.* 1665, *tom.* 3 *ejuſdem collect.* & Sozomenus *lib.* 8, *cap.* 9, *pag.* 337, *ed. Cantabrig.* Cum de Olympiæ ordinatione diſputat auctor *Conſtitutionum Apoſtolic. lib.* 8, *cap.* 19, *pag.* 412, *loc. cit.* Diaconiſſas ab Epiſcopo ordinari jubet cum manuum impoſitione, certaque oratione, quæ ibi deſcribitur. Apud Latinos etiam hujus manuum impoſitionis meminit Concilium Wormatienſe *can.* 76, *col.* 747, *tom.* 5 *collect. Harduini*, & Fortunatus *in vit. Radegund. apud* Surium 13 *Auguſt. lib.* 1, *cap.* 6, *tom.* 4, *pag.* 655, *ed. Colon.* 1579, de Medardo Epiſcopo dicit hæc: *manu ſuperpoſita conſecravit Diaconam*. Confer Cotelerium *in Conſtit. Apoſtolic. loc. indic.* Erat tamen hæc manuum impoſitio non Sacramentum, ſed Eccleſiæ cæremonia, quæ nullum imprimebat ordinis characterem, ad quem ſuſcipiendum mulieres aptæ, & idoneæ non ſunt. Appoſite S. Epiphanius *hæres.* 79 *Collyrid. num.* 3, *pag.* 1060, *tom.* 1 *opp. edit. cit. Quamquam vero*, inquit, *Diaconiſſarum in Eccleſia ordo ſit, non tamen ad Sacerdotis functionem, aut ullam ejuſmodi adminiſtrationem inſtitutus: ſed ut muliebris ſexus honeſtati conſulatur, ſive ut baptiſmi tempore adſit; ſive ut inſpiciat, ſi quid paſſa ſit, aut moleſtiæ pertulerit; ſive ut cum nudandum eſt mulieris corpus, interveniat, ne virorum, qui ſacris operantur, aſpectui ſit expoſita, ſed a ſola Diaconiſſa videatur*. Conſule Juſtellum *Biblioth. Jur. Canon. t.* 1, *not. in Conc. Nicæn. can.* 19, *pag.* 75, *Paris.* 1662, Natalem Alexandrum *loc. cit.* Juveninum *de Sacramen. differt.* 8, *de Sacram. ordin. in commun. quæſt.* 5, *cap.* 1, Salam *in not. ad Bonam lib.* 1, *cap.* 25, §. 15, *pag.* 358, *tom.* 2 *opp. edit. Taurin.* 1749. Ritum a Græcis obſervatum in Diaconiſſarum ordinationibus deſcribit Jacobus Goarius *Euchcolog. Græc. de Diaconiſſis pag.* 262, *Paris* 1647. De ordinandis autem tum Latinorum, tum Græcorum Diaconiſſis agit Morinus *de Sac. Ordinat. par.* 3, *exerc.* 10, *cap.* 1, & *ſeq.* Diaconiſſarum *conſecrationes* ſæculo XI memorat Joannes XIX, litteris datis ad Epiſcopum Silvæ Candidæ apud Mabillonium *Muſæum Ital. Ord. Roman. XI*, *pag.* 156, *tom.* 2, *Paris.* 1689. Extat etiam apud Syros Diaconiſſarum ordinatio, quam una cum earum officio, & poteſtate accurate deſcribit Aſſemanus *in Differt. de Monophiſitis num.* 10, *tom.* 2 *Biblioth. Orient.*

Duo poſtremo ſunt obſervanda, antequam hanc de Diaconiſſis tractationem abſolvamus. Primum eſt, quod non uno, & eodem tempore earum uſus ubique ſublatus fuit, qua de re videndi ſunt Bona *rer. liturgic. lib.* 1, *cap.* 25, §. 15, *tom.* 2, *pag.* 353, ibique Robertus Sala *in not. pag.* 359, Morinus *de ſac. ordinat. part.* 3, *exerc.* 10, *cap.* 3, Thomaſſinus *vet.* & *nov. Eccleſ. diſcipl. p.* 1, *lib.* 3, *c.* 51, *num.* 1, *tom.* 1, Juenin *de Sacrament. de ordin. in ſpec. differt.* 9, *q.* 5, *cap.* 2. Alterum eſt, quod interdum Diaconiſſæ etiam dicebantur Diaconorum uxores ante Diaconatum ductæ, eodem modo, quo illæ, quæ uxores Presbyterorum fuerant Presbyteræ, quæ Epiſcoporum Epiſcopæ vocabantur, atque huc ſpectat Concilium Turonenſe II, *can.* 13, & 19, *col.* 537, & 539, *t.* 6 *collect. Labbei*, & Antiſiodorenſe *can.* 21, *col.* 644, *eod. loc.* Vide Robertum Salam *in not. ad Card. Bonam loc. cit.*

Cabaſſutius Johannes: Diaconiſſarum in Eccleſia primitiva jam inde ab Apoſtolorum ætate multiplex erat officium, ut ex Clemente Papa Romano Sancti Petri diſcipulo, ex Ignatio, atque Epiphanio, aliiſque veteribus colligitur. Ignatius quidem *epiſt.* 12 ad Antiochenos, curam illis attribuit januarum ſanctorum veſtibulorum,

ſci-

Digitized by Google

§. II. Neque vero cum Apoſtolorum obitu Sanctarum Virginum numerus defuit, aut imminutus eſt, ſed una cum Eccleſiæ ætate auctus eſt, ex-

ſcilicet ejus partis Eccleſiæ, ad quam ſolæ feminæ admittebantur. His enim Diaconiſſæ præficiebantur.

Saluto in Chriſto Diaconiſſas ſacrorum veſtibulorum cuſtodes. Quemadmodum etiam januis locorum, ad quæ ſoli viri conveniebant janitores, quos pariter ibidem Ignatius ſalutat πυλωρὺς.

Sanctus Martyr Clemens Papa lib. 3 Conſtitutionum cap. 15, & 16, hæc pariter Diaconiſſis aſſignat officia, ut ſcilicet pia Sacerdotum, & Diaconorum mandata apud feminas exequantur; ſive diſtribuendarum eleemoſynarum, ſive mutuarum reconciliationum, ſive ſanctarum admonitionum, aut juſſionum eccleſiaſticarum, ſive catecheſeos ejuſdem ſexus gratia. Sic enim præcavebatur, ne Clericorum cum feminis converſationes fomitem ſuggererent vel peccatis vel ſuſpicionibus pravis. Adjungit ibidem munus Diaconiſſarum verſari circa catechizandas catechumenas, & proſpiciendum, ne qua hora veſtibus exuebantur ad baptiſmum, vel baptizatæ in vertice a Sacerdote perungebantur, quidnam præter decorum aſpectui, vel contactui Sacerdotis occurreret: ipſæque Diaconiſſæ reliquas unctiones in multis Eccleſiis ſuis manibus proſequebantur. Eadem ſimiliter ſcribit Epiphanius hæreſi 79, quæ eſt Collyridianorum. Concilium pariter Carthaginenſe ſub Anaſtaſio Papa quartum, can. 12, præſcribit Diaconiſſis miniſterium inſtruendi feminas baptiſmi fonte abluendas.

Videndum nunc de viduis Diaconiſſis, quali ætate eligebantur, quonam habitu veſtiebantur, & utrum impoſitione manus tales conſtituerentur. Quod in primis ad earum ſpectat ætatem, providet Apoſtolus 1 Timot. 5, *ut eligantur viduæ non minus ſexaginta annorum, neque bigamæ*. Tertullianus lib. de velan. virg. hæc loquitur de Diaconiſſis; *ad quam ſedem præter annos ſexaginta non eliguntur*. His adſtipulatur S. Hieronymus in Iſai. cap. 3. *Nec eccleſiaſticis vidua ſuſtentatur alimentis, niſi quæ ſexaginta annorum eſt, & maturitatem habet pariter morum, & ætatis*. Extat pariter conſtitutio Theodoſii ſenioris Auguſti, cujus meminit Sozomenus lib. 7, cap. 16, quæque legitur in Codice Theodoſiano de Epiſcop. & Cler. lib. 27: *Ut nulla niſi emenſis ſexaginta annis; quæ votiva domi proles ſit, ſecundum Apoſtoli præceptum ad Diaconiſſarum conſortium promoveatur*.

De Virginibus quidem, & ſacris Monialibus, quia incluſæ, neque totidem ac Diaconiſſæ muneribus exterioribus addictæ erant, ſufficiebat ad velamen ſuſcipiendum annorum quadraginta ætas. Auctor quidem vitæ S. Leonis Papæ primi, quæ eſt in Pontificali, ſic de hoc atteſtatur. *Hic quoque conſtituit, ut Monachæ non acciperent velaminis capitis benedictionem, niſi probatæ fuerint in virginitate ſexaginta* (aut, ut codices regii referunt, ſexaginta novem) *annis*. Verumtamen nihil tale prorſus in tanti Pontificis, quæ plurima extant, decretis reperiri poteſt. Quinimmo Synodus Œcumenica Chalcedonenſis, quæ Sancto Leone Papa auctore celebrata fuit, cuique idem per legatos ex ſuo latere miſſos præſedit, quam & ſua roboravit confirmatione, præfixit ſolum Diaconiſſis ordinandis annum quadrageſimum ætatis, can. 15. Quin etiam eodem S. Pontifice Leone ſuadente, Majoranus Auguſtus edixit Novella 8, ne qua virgo a ſuis parentibus oblata ſacrum velamen accipiat ante quadrageſimum ætatis annum. Eaque limitatur conſtitutio in illis, quæ a parentibus offeruntur ad conſulendum puellarum libertati, ne qua vis, aut coactio a progenitoribus fieret. Quamvis autem in illis Eccleſiæ primordiis providerit Apoſtolus, Diaconiſſas non admitti ante annos ætatis ſexaginta, proceſſu temporum illa præfinitio annorum ſenſim laxata fuit, & ad annos ætatis quadraginta reſtricta eſt: ut perſpicuum ſit per memora-

tum

exaggeratuſque, atque aliæ aliis ſuccreſcere, aliæ ex aliis continenter propagari nunquam deſierunt. Hinc ſæculo II, Tertullianus Lib. I, Cap. IV, *ad uxor. Adhibe ſororum noſtrarum exempla, quæ nulla formæ, vel ætatis occaſione maritis ſanctitatem anteponunt; malunt enim Deo nubere, Deo ſpecioſæ, Deo ſunt puellæ.* Sæculo III, S. Cyprianus de habit. Virgin. *Nunc nobis ad Virgines ſermo eſt, quarum quo ſublimior gloria, major & cura eſt. Flos eſt illa eccleſiaſtici germinis, decus, atque ornamentum gratiæ*

tum Chalcedonenſem Canonem, & inſuper conformem Agatenſis Concilii can. 19, qui tamen non de Diaconiſſis, ſed de ſanctimonialibus velandis ſic decernit: *Sanctimoniales quamlibet vita earum, & mores probati ſint, ante annum ætatis ſuæ Quadrageſimum non velentur.* Qui canon falſo a Gratiano attribuitur Concilio Chartaginenſi tertio; canon ſanctimoniales 20, q. 1. Concilium in Trullo Quiniſextum can. 14, & Vormatienſe can. 73, Diaconiſſas expreſſe vetant ordinari, ſicut & Chalcedonenſis can. 15, antequam attigerint quadrageſimum ætatis annum.

Diaconiſſarum habitum fuiſſe a ſæculari diſtinctum probat Concilii quarti Chartaginenſis can. 104, his verbis: *Viduæ, quæ ſe devoverunt Domino, & veſte laicali abjecta ſub teſtimonio Epiſcopi & Eccleſiæ in religioſo habitu apparuerint.* Et qui præcedit can. 103, eaſdem dicit ſtipendiis Eccleſiarum ſuſtentari. Concilium pariter Toletanum quartum can. 55 hæc de diſtinctis ab habitu ſæculari veſtibus enunciat: *Quæ forma ſervabatur etiam in viduis, virginibuſque ſacris, ac pœnitentibus feminis, quæ ſanctimonialem habitum induerunt, & poſtea aut veſtem mutaverunt, aut ad nuptias tranſierunt.* Viduas tamen, quales erant Diaconiſſæ velari omnino prohibet Gelaſius Papa epiſt. 9 ad Lucanos, & Siculos, can. 13. De Virginium porro, & viduarum, quæ ſtipendiis Eccleſiarum alebantur, incumbente Epiſcopi ſollicitudine, multa refert Chryſoſtomus lib. 3 de Sacerdotio, ſub cujus poſtea Epiſcopatu Eccleſiam eximia ſanctimonia decorarunt Diaconiſſæ Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ, Olympias, Pentavia, Salvina, quæ de primariis totius Imperii proſapiis ortæ, & maritis dignitate toto orbe præcipuis orbatæ, diſtributis in egenos ampliſſimis opibus, ſeſe paupertati, humilitati, & Eccleſiæ obſequiis addixere. Neque vero hic omittendum alterum præter ſuperius relata, Diaconiſſarum officium ex Hieronymo epiſt. ad Nepotianum, ſcilicet ægrotorum cura, & miniſterium: *Multas* (inquit) *anus nutrit Eccleſia & quæ officium præbeant, & beneficium recipiant miniſtrando, ut infirmitas tua fructum quoque habeat eleemoſynæ.*

Supereſt, ut de harum ordinationibus diſſeramus. Etiamſi doctiſſimus Baronius ad annum Chriſti trigeſimum quartum n. 288, innixus, ut ipſe autumat, Nicænæ Synodi can. 19 ſcribat, nullam olim fuiſſe in Diaconiſſis conſecrandis adhibitam manuum impoſitionem, alii tamen antiqui canones manuum impoſitione ſolitas ordinari confirmant. Nicænus vero canon nihil iſtis obſiſtit: loquitur enim ſpeciatim de Pauliniſtarum baptiſmo, quem declarat inanem, & irritum, ut qui ex iſta hæreſi convertuntur, novo abluantur baptiſmo, ac deinde, ſi ita viſum fuerit, ordines eis de novo conferantur, quales in ſua hæreſi indebite exercuerant. Prohibet tamen converſas ex eadem hæreſi Diaconiſſas ad idem officium aſſumi, manuſque ipſis imponi. Certe ſi ejuſmodi tota Eccleſia viguiſſet diſciplina, ne Diaconiſſæ manus impoſitionem ſubirent, ſupervacaneum eſſet id ſpeciatim in Diaconiſſis, quæ Paulinianiſtarum hæreſim profeſſæ aliquando fuiſſent, prohibere. Cauſa itaque hoc prohibendi ad præteritam hæreſim referenda eſt: Patres enim Nicæni præcipue convenerant ad hæreſim Arianam reprimendam in hoc cum Paulinia-

tiæ ſpiritualis, læta indoles, laudis, & honoris opus integrum, atque incorruptum, Dei imago reſpondens ad ſanctimoniam Domini, illuſtrior portio Chriſti. Gaudet per illas, atque in illis largiter floret Eccleſiæ Matris glorioſa fœcunditas. Sæculo IV, Euſebius de Vit. Conſtant. Lib. IV, cap. 28. *Ipſum quoque ſanctiſſimum perpetuarum Virginum cœtum tantum non venerabatur, cum ipſum, cui ſe conſecrarunt, Deum in earum mentibus habitare, pro certo habuerit.*

§. III. Harum Virginium duo erant genera. Aliæ domuum ſuarum parietibus occulebantur, aliæ communibus (*d*) in ædibus lectiſſimarum feminarum cuſtodiis ſeptæ tenebantur. At-

niana convenientem, quia utraque Chriſto divinitatem adrogabat. Quia vero præcipuum Diaconiſſarum officium in catechizandis feminis ad baptiſmum aſpirantibus verſabantur, grave periculum erat cathecumenarum inſtitutionem feminæ committere, quæ in hæreſi ultra ſexaginta annos (quod eſt præſupponendum in converſis Diaconiſſis) conſenuerit; & mutabile ſexus ingenium cauſa plerumque eſt, ut earum fides vacillet poſt oppoſitam tot annorum profeſſionem.

Juvabit quoque altera diſtinctio, ſi ad Canonem Nicænum reſpondeas, excludi quidem Diaconiſſas a Sacramentali manus impoſitione, qualis procul dubio cenſenda eſt, quæ in Diaconiſſis diſerte requirunt; præcipue Calchedonenſe, cujus Canonis verſio Dionyſiana, Græco exemplari perfecte conformis, ait: *Si autem poſtquam manuum impoſitione ſuſcepta, &c.* Græcum exemplum ſic habet: H. *εἴ γε δεξαμένη χειροθεσίαν*, &c. Si voce *χειροτονία* uteretur, quæ nunc ſuffragium, nunc electionem ſignificat, res eſſe ambigua; ſed vox, quam adhibet *χειθέσια* nihil aliud, quam manus impoſitionem exprimit. Defervеſcente tandem pietatis, ac religionis ſtudio, & gliſcentibus Diaconiſſarum vitiis, deficiente pariter conſuetudine baptiſmum in provectiorem ætatem differendi, paulatim exoleſcere cœpit Diaconiſſarum miniſterium. Siquidem ſub ipſo Leone primo habitum Arauſicanum primum Concilium can. 26, de illis abolendis cogitans, ita decernit: *Diaconæ omnimodis non ordinandæ. Si quæ jam ſunt, benedictioni, quæ populo impenditur, capita ſubmittant.* Quibus verbis eas, quæ ſuperſunt in ſtatum redigit vulgarem, at ſæcularem. Deinde ſub Hormiſda Pontifice Concilium Epaonenſe ſic decernit can. 21. *Viduarum conſecrationem, quas Diaconas vocitant, ab omni regione noſtra penitus abrogamus, ſola pœnitentiæ benedictione ſi converti ambiunt imponenda.* Demum Aurelianenſis ſecunda Synodus ſub Joanne Papa ſecundo, ita ordinavit can. 18. *Placuit etiam, ut nulli poſtmodum feminæ Diaconalis benedictio pro conditionis hujus fragilitate credatur.*

(d) Martene *loc. cit. cap. VI, §. I, & ſeqq. pag.* 185.

Virginum duo genera.

Virginum duo genera diſtinguit Tertullianus eo in libro, quem de velandis Virginibus conſcripſit. Unas, quas *Virgines hominum* vocat, quæ libere nubere poterant, viriſque aliquando deſponſandæ a parentibus deſtinabantur. Alias, quas *Virgines Dei*, quæ cœleſti ſponſo *carnem ſuam ſanctificare* propoſuerant. Harum aliæ in domibus paternis perpetuo manebant, aliæ in communi puellarum cœtu. Atque iſtarum nonnullæ ſolo continentiæ voto contentæ erant, quas canonicas vocant Concilia nonnulla Sæculo IX celebrata. Sed longe plures ſub regula, & Abbatiſſa viventes ad caſtitatis, votum etiam paupertatis, & obedientiæ ſtabilitatiſque adjiciebant; maxime cum reddita Eccleſiæ pace plura virginum Monaſteria conſtrui cœperunt.

Ea-

Digitized by Google

Earum conſecratio duplex.

Virginum Dei, ſive in domo paterna, ſive in communi domicilio habitarent, ſive Monaſticam profeſſionem amplecterentur, duplex fuit conſecratio. Una per habitus immutationem, virginitatiſque propoſitum Deo ſponte promiſſum, altera per Pontificalem manus, & veli impoſitionem, ſolemnemque Epiſcoporum benedictionem. Utriuſque conſecrationis meminit Innocentius Papa I, in Epiſt. ad Victricium Rothomagenſem Epiſcopum: (Quæ in Chriſto ſpiritualiter nupſerunt, & velari a Sacerdote meruerunt, ſi poſtea vel publice nupſerint, vel clanculo corruptæ fuerint, non eas admittendas eſſe ad agendam pœnitentiam, niſi is, cui ſe junxerat aliqua, de ſæculo receſſerit, &c. Hæ vero, quæ necdum ſacro velamine tectæ, tamen in propoſito virginali ſe permanere ſimulaverant, licet velatæ non ſint, ſi forte nupſerint, his agenda eſt pœnitentia aliquanto tempore.) Clarius vero S. Leo in Ep. 2 novæ editionis ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum: (Puellæ, quæ non coactæ parentum imperio, ſed ſpontaneo judicio virginitatis propoſitum, atque habitum ſuſceperunt; ſi poſtea nuptias eligunt, prævaricantur, etiamſi conſecratio non acceſſit; cujus utique non fraudarentur munere, ſi in propoſito permanerent.) Ubi primam conſecrationem *propoſiti* nomine donat, ſecundam ſimpliciter *conſecrationem* appellat.

Prima qua ætate peracta.

Ad primam annos ætatis ſexdecim, aut ſeptemdecim requirit S. Baſilius in Epiſt. 1 ad Amphilochium cap. 18, cum ſcilicet incipiunt virgines adultæ eſſe ætatis: (Profeſſiones, inquit, ab eo tempore judicamus, quo ætas rationis complementum habuerit, non enim pueriles voces omnino in his eſſe ratas exiſtimare oportet, ſed ea, quæ ſupra ſexdecim, aut ſeptemdecim annos nata fuerit . . . . oportet in ſacrarum virginum Catalogum referri.) Neque tamen hæc ætas ſemper expectabatur. Nam Beata Aſella, teſte Hieronymo in Epiſtola ad Marcellam, *poſt duodecim ætatis annum* virginitatis propoſitum amplexa eſt, tuncque *unius cellulæ clauſa anguſtiis latitudine Paradiſi fruebatur*, ut loquitur idem Sanctus. Immo aliquando ſeptennes, & infantulæ a parentibus offerebantur, devovebanturque, maxime in Monaſteriis: unde idem Hieronymus ad Gaudentium de Pacatulæ educatione: (Cum virgunculam rudem, & edentulam ſeptimus ætatis annus exceperit, diſcat memoriter pſalterium,) &c.

Qua ætate ſecunda.

At vero ſecunda conſecratio non niſi vigeſimo quinto ætatis anno peragebatur. Audi Concilium Carthaginenſe III, c. 4. (Placuit ut ante viginti quinque annos ætatis Diaconi non ordinentur, nec virgines conſecrentur.) Hoc decretum, quod citat Egbertus Eboracenſis Archiepiſcopus in Excerptis, cap. 91, renovavit Concilium Francofordienſe anni 794, cap. 46, & Turonenſe III, cap. 28, ut & Capitularia Regum Francorum lib. 1, cap. 45, & lib. 5, cap. 227. Immo plerique Canones vetant, ne conſecratio prædicta virginum annum quadrageſimum præcedat. Concilium Agathenſe can. 19. (Sanctimoniales quamlibet vita earum & mores probati ſint, ante annum ætatis ſuæ quadrageſimum non velentur.) Concilium Cæſarauguſtanum can. 8. (Item lectum eſt non velandas eſſe virgines, quæ ſe Deo voverint, niſi quadraginta annorum probata ætate.) Novella Majorani Imperatoris anno 458 edita (Sancimus filias, quas pater materve a ſæculari permixtione translatas Chriſtianæ Fidei præcepta con-

dem evaſerunt. Horum meminit Ruffinus ſæculo IV, de Vit. Patr. Lib. II, continuata virginitate cenſuerint, non ante ſuſcepto honorato velamine conſecrare, quam quadraginta annos emenſæ talibus inſulis inoffenſa meruerint obſervatione decorari.) Denique liber Pontificalis in S. Leone: (Hic quoque conſtituit ut Monacha non acciperet velaminis capitis benedictionem, niſi probata fuerit in virginitate annis quadraginta.) Urgente tamen aliqua gravi neceſſitate hoc tempus breviare poterant Epiſcopi: unde Capitulare Aquiſgranenſe c. 46. (Placuit, ut quicumque Epiſcoporum neceſſitate periclitantis pudicitiæ virginalis, cum vel petitor potens, vel raptor aliquis formidatur, vel etiam aliquo mortis periculoſo ſcopulo compuncta fuerit, ne non velata moriatur aut exigentibus parentibus, aut his, ad quorum curam pertinet, velaverit virginem ſeu velavit infra viginti quinque annos ætatis; non ei obſit conſilium, quod de iſto annorum numero conſtitutum eſt.) Et concilium Francofordienſe anni 794, c. 44. (De virginibus quo tempore velandæ ſint, vel quibus occaſionibus ante annum vigeſimum quintum, ſi neceſſitas compellit, ea quærantur, quæ in canone ſcripta ſunt.) Immo Synodus Hibernica ſanctimoniales anno duodecimo velari permittit: ſic enim in capitulis ſelectis canonum Hibernienſium Spicilegii tom. 9, p. 42. (Sanctimoniales quælibet, vita earum, & mores probati ſint, ante annum ætatis ſuæ duodecim non velentur.) Sed neque S. Ambroſius puellas juniores, dummodo moribus ſint maturæ, velari repugnat. Nam in libro de Virginitate cap. 7. (Ajunt, inquit, plerique maturioris ætatis virgines eſſe velandas. Neque ego abnuo, ſacerdotalis cautionis eſſe debere, ut non temere puella veletur. Spectet plane, ſpectet ætatem Sacerdos, ſed fidei, vel pudoris. Spectet maturitatem verecundiæ, examinet gravitatis canitiem, morum ſenectam, pudicitiæ annos, animos caſtitatis: tum deinde ſi matris tuta cuſtodia, comitum ſobria ſedulitas. Si hæc præſto ſunt, non deeſt virgini longæva canities: ſi hæc deſunt, differatur puella moribus quam annis adoleſcentior.)

Quo die.

Prima conſecratio quolibet ſuſcipiebatur die; at vero ſecunda, excepto uno mortis periculo non niſi ſolemnioribus feſtis. Tres dumtaxat deſignat Gelaſius Papa epiſt. 9 ad Epiſcopos Lucaniæ ſic ſcribens: (Devotis quoque Deo virginibus niſi aut Epiphaniorum die, aut in albis Paſchalibus, aut in Apoſtolorum natalitiis ſacrum minime velamen imponant, niſi forſan, ſicut de baptiſmate dictum eſt, gravi languore correptis; ne ſine hoc munere de ſæculo exeant, implorantibus non negetur.) Quæ verba citat Egbertus Eboracenſis Archiepiſcopus in Excerptis cap. 90. Eoſdem dies deſignant antiqui libri pontificales mſſ. Turonenſis, & Rhemenſis, ut alios plurimos hic omittam. Hinc eſt quod S. Ambroſius in Exhortatione virginitatis cap. 7. (Venit Paſchæ dies, inquit, in toto orbe baptiſmi ſacramenta celebrantur, velantur ſacræ virgines.) Et in libro de lapſu virginis conſecratæ: (Non es memorata diei ſanctæ Dominicæ reſurrectionis, in quo divino altari te obtuliſti velandam?) Solemnem etiam virginum conſecrationem in feſto Epiphaniæ factam legimus in vita S. Bernwardi Hildesheimenſis Epiſcopi cap. 38, & in feſto S. Lucæ cap. 17, apud Surium 20 Novembris. Marcellina tamen S. Ambroſii ſoror in Natali Domini apud S. Petrum ſolemni ritu a Liberio Papa velum accepit, qua de re illi gratulatur beatiſſimus frater in lib. 3 de Virginibus, cap. 1. (Quo enim melius die, quam quo Virgo poſteritatem acquiſivit?) Pontificale Apamienſe mſſ. ad Dominicos dies cæteraſque feſtivitates B. Mariæ, natalitia Apoſtolorum adjicit, præcipuaſque Martyrum ſolemnitates. Concinit fere Pontificale mſ. Guillelmi Durandi Mimatenſis Epiſcopi, quod etiam Johan-

Digitized by Google

II, cap. 3, ubi ait, in una urbe Oxytinchi plura extitiſſe Monaſteria, quam Domos, in iiſque viginti & amplius mille Sanctimoniales vitam ſuam uno eodemque tempore degiſſe. Sanctimoniales a ſanctimonia dictas

---

hanni de Saireberuche Epiſcopo Catalanenſi fuit uſui: (Conſecratio virginum fieri debet vel in Epiphania, vel in natalitiis Apoſtolorum, vel in albis Paſchalibus, vel in Aſcenſione, vel in Pentecoſten, vel in ſolemnitatibus B. Virginis, vel ſi neceſſe ſit in Dominicis extra Adventum, & quadrageſimam. Poteſt etiam fieri omni tempore, ubi periculum imminet, ne non conſecratæ decedant.) Et ſane ſæculo XII virginum conſecrationem Dominicis diebus celebrari ſolitam fuiſſe docent nos epiſtolæ A. Fontis Ebraldi abbatiſſæ, & abbatis Sueſſionenſis S. Criſpini ad H. Sueſſionenſem Epiſcopum, quæ habentur apud Cheſnium, Hiſt. Franc. tom. 4, p. 724, & 742. Sancta Cunegundis imperatrix, ipſa Sancti Henrici anniverſaria die, ſacrum velamen de manu Epiſcopi accepit poſt Evangelium, uti legimus in ejus vita n. 7, Sæculo VI Benedictino.

Ab Epiſcopo ſolo peracta apud Latinos.

Denique in prima conſecratione quælibet puella ſuæ ipſius conſecratrix eſſe poterat, facta Deo perpetuæ virginitatis conſervandæ promiſſione, aſſumptoque quo indui ſolebant virgines habitu. At vero in ſecunda unus conſecrationis miniſter eſſe poterat Epiſcopus. Hinc Sulpitius Severus ad Claudiam ſororem ſuam ſcribens apud Balutium Miſcellaneorum tom. 1, gratulatur illi, quod virginum ſit (ſpecialis conſecratio, quodque de illo ſancto, & immaculato Eccleſiæ grege quaſi ſanctiores ſurioreſque hoſtiæ.. per ſummum ſacerdotem Dei offeruntur altario.) Hinc & Hieronymus ad Demetriadem, (Scio quod ad imprecationem Pontificis flammeum virginale ſanctum operuerit caput.) Et ad Oceanum: (Heu Catechumenus, hodie pontifex, veſpere in circo, nunc in altario, dudum fautor hiſtrionum, nunc virginum conſecrator.) Atque hac in re præſertim virginum conſecratio a viduarum benedictione differebat, quod iſta a presbyteris, illa a ſolis pontificibus perageretur. Id, quod præſertim eſt in concilio Carthaginenſi II, can. 3, ſancitum. Sane chorepiſcopis vetitum fuiſſe, ne id præſumerent, conſtat ex Caroli Magni Capitulari anno 799, n. 4. Illicitum fuiſſe & Presbyteris docet Concilium Pariſienſe VI, lib. 1, cap. 31, renovans Concilii Carthaginenſis inhibitionem *de virginibus a Presbyteris non velandis*. (Quorumdam, inquit, relatu didicimus, quoſdam Presbyteros ſuæ menſuræ immemores, immo canonicæ auctoritati reſultantes, in tantam audaciam prorupiſſe, ut ſacrarum virginum conſecratores exiſterent. Et hoc ad negligentiam Epiſcoporum pertinere dubium non eſt. Quod quia canonicæ auctoritati minime concordat, ne ulterius quiſpiam Presbyterorum id facere præſumat, prorſus inhibemus. Quod ſi forte, quod non optamus, aliquis Presbyterorum id facere præſumpſerit, utpote canonicæ auctoritatis tranſgreſſor, irrefractabiliter feriatur.) Eamdem prohibitionem confirmant Capitularia Regum Francorum additione 2, cap. 12. (In qua re, inquiunt, multos Presbyterorum partim ignorantia, partim temeritate deliquiſſe deprehendimus.) Eamdem temeritatem in abbatiſſis redarguit Capitulare Aquiſgranenſe anni 789, n. 74.) Auditum eſt, aliquas abbatiſſas contra *morem ſanctæ Dei Eccleſiæ* ... velare virgines cum benedictione ſacerdotali; quod omnino a vobis, ſanctiſſimi patres, in veſtris parochiis illis interdicendum eſſe ſcitote.) Et Concilium Pariſienſe VI, anno 829 celebratum, lib. 1, cap. 43.) Inter cætera, quæ contra religionem chriſtianam in Eccleſiis Chriſti fieri co-

Digitized by Google

ctas eſſe, auctor nobis eſt D. Augu- ſtinus de S. Virginit. cap. ult. Illas Hie-

gnovimus non minus emendatione, & congrua correctione dignum invenimus, quod quædam abbatiſſæ, & cæteræ ſanctimoniales non ſolum viduas, ſed etiam virgines puellas velare ſolitæ ſint. Quod quantum ſexui femineo illicitum, & a religione chriſtiana ſit alienum, omnis qui ſanum ſapit, facile advertit.) Additque (in omnibus pene Monaſteriis puellaribus hujuſmodi velatas) inveniri, idque canonica pœnitentia in poſterum emendari jubet. Immo aliquando ab ipſis virginibus id præſumptum fuiſſe reperimus, de quibus Concilium Turonenſe cap. 24. apud Reginonem: (Puella ſi ante duodecim annos ætatis ſponte ſua ſacrum ſibi velamen aſſumit, poſſunt ſtatim parentes, vel tutores ejus id factum irritum facere, ſi volunt &c.)

A Presbytero apud Græcos.

Cæterum quæ a nobis hic dicta ſunt, latinam præſertim ſpectant Eccleſiam. (Nam ſecundum Græcos presbytero liceat virginem ſancto velamine conſecrare . . . ſecundum Romanos non niſi Epiſcopis ſolis,) inquit Theodorus Cantaurienſis Archiepiſcopus Spicilegii tom. 9. qui utriuſque Eccleſiæ ritibus abunde fuerat imbutus. Porro inter Epiſcopos, qui ſacrandis virginibus operam dederunt, non inferiorem locum tenere debet S. Ambroſius, ad quem non Mediolanenſes modo, ſed circumpoſitarum etiam remotarumque civitatum ac regionum virgines undique ſacrandæ confluebant. Hinc in lib. 1 de Virg. cap. 10. (De Placentino, inquit, ſacrandæ virgines veniunt, de Bononienſi veniunt, de Mauritania veniunt, ut hic velentur.)

Virginum veſtis.

Quod ſpectat ad ritus in ipſa virginum benedictione obſervari ſolitos, præparatis omnibus ad futuram benedictionem neceſſariis, in primis benedicebantur veſtes, quibus erant induendæ: hoc eſt, quæ virginibus eſſent propriæ. Nam ſacratæ Deo virgines non minus veſte, quam propoſito a reliquis feminis, & puellis erant diſcretæ: unde S. Cyprianus in Libro de Diſciplina, & habitu virginum: (Nemo, inquit, cum videt virginem, dubitet an virgo ſit:). Et infra nonnullas redarguens virgines, quæ divitiarum, quibus abundabant obtentu cultiores aliis incedere volebant: (Dum ornari cultius, dum liberius evagari virgines volunt, eſſe virgines deſinunt, furtivo dedecore corruptæ, viduæ antequam nuptæ, non mariti, ſed Chriſti adulteræ, quam fuerant præmiis ingentibus virgines deſtinatæ, tam magna ſupplicia pro amiſſa virginitate ſenſuræ.) Hæc autem veſtis ex ſimplici panno coloris nigri confecta erat, ut colligimus ex Hieronymi Epiſtola ad Gaudentium: (Solent quædam cum futuram virginem ſpoponderint, pulla tunica eam, & furvo operire pallio.) Et alibi Aſellam *Fuſciorem tunicam* indutam deſcribit. Clarius vero Concilium Forojulienſe anni 791. cap. 11. aſſerit, virgines ſacras, (ob continentiæ ſignum nigram veſtem quaſi religioſam, ſicut antiquus mos fuit, deferre &c.)

Exhortatorius ad eas ſermo.

Incepta ſolemniter Miſſa, poſt orationem, aut ſecundum quoſdam poſt Epiſtolam, vel juxta alios poſt Evangelium, de papilione, aut loco, ubi benedictas veſtes induerant, accerſebantur per Archipresbyterum virgines conſecrandæ, ad quas Epiſcopus exhortatorium ſermonem habebat, qualem fere nobis repræſentat S. Ambroſius in Lib. 3 de Virg. factum a Liberio Papa cum Marcellinam illius ſororem ſacro velo donavit. Hujuſmodi exhortationis meminit idem Sanctus in lib. de Lapſu

Digitized by Google

Hieronymus epiſt. XXII ad Euſtoch. cap. 6, *Nonnas* appellat (e)

Lapſu virginis conſecratæ: (Non es memorata qualis ad te die illo) conſecrationis (facta eſt allocutio: aſpice filia, intuere virgo, & obliviſcere populum tuum & domum patris tui, & concupiſcet rex decorem tuum, quia ipſe eſt Dominus Deus tuus.)

Conſenſus parentum ad eas conſecrandas expetitus.

Poſtea antequam ſacram perageret benedictionem, conſenſum parentum aliorumque, ad quos velanda virgo pertinebat, Epiſcopus poſtulabat, atque ab ipſa virgine obedientiam ſibi ſuiſque ſucceſſoribus exhibendam. Hunc ritum videre eſt in conſecratione Sophiæ Ottonis ſecundi imperatoris filiæ facta ab Oſdago Epiſcopo Hildesheimenſi, quam ita deſcribit Tangmarus Presbyter in Vita S. Bernwardi Hildesheimenſis Epiſcopi, cap. 17. (Ventumque eſt ad ancillarum Dei conſecrationem, cum Epiſcopus, qui antea a Pontificali jure timebatur dejectus, ſubito Dei gratia erectus eſt. Inter miſſarum ſolemnia primo Dominum regem, ſi in velationem ſuæ ſororis conſentiret humiliter requiſivit, deinde cæteros mundiburdos. Quibus conſenſum facientibus, primo Dominam Sophiam, ſi ad Hildenſemenſem ſedem ſibi ſuiſque ſucceſſoribus ſubjectionem, & obedientiam profiteretur, interrogavit; deinde alias velandas; quæ unanimi conſenſu religionem, & ſubjectionem profeſſæ ſunt.)

Conſecratio per orationem cum impoſitione manuum.

Hanc profeſſionem ſequebatur virginis conſecratio, una, aut pluribus conſtans orationibus, quas Epiſcopus cum manuum impoſitione olim pronunciabat, ut conſtat ex actis S. Germani Antiſſiodorenſis Epiſcopi, ubi de conſecratione S. Genovefæ virginis ab eo peracta hæc habet: (Interea Sacerdos greſſum divertit ad Eccleſiam, maximo populorum agmine proſequente, ibique inter diutiſſimos pſalmorum concentus, ac prolixam orationis continuationem B. Germanus dexteram ſuper caput virginis indefeſſe tenuit). Et ex S. Ambroſii lib. 1 de Virginibus cap. 11, ubi invictiſſimæ cujuſdam virginis audaciſſimum facinus refert, (quæ nobilis in ſæculo, ſed nobilior Deo, cum urgeretur ad nuptias a parentibus, & propinquis, ad Sacro-Sanctum Altare confugit, ubi capiti dexteram Sacerdotis imponens, precem poſcens, juſtæ impatiens moræ, ac ſummum altari ſubjecta verticem, Num melius, inquit, maforte me, quam altare velabit, quod ſanctificat ipſa velamina? Plus talis decet flammeus, in quo caput omnium Chriſtus quotidie conſecratur.)

Velum virginum.

Pronuntiata oratione, Epiſcopus flammeum, ſeu velum capiti virginis benedictæ imponebat. Tuncque univerſus circumſtans populus acclamabat, *Amen*. Audiendus iterum de hoc ritu S. Ambroſius in libro de Lapſu Virginis conſecratæ: (His tunc in illo die conſecrationis tuæ dictis, & multis aliis ſuper caſtitate tua præconiis, ſacro velamine tecta es: ubi omnis populus dotem tuam ſubſcribens, non atramento, ſed ſpiritu, pariter clamavit, Amen.) Porro ſub velo ſacratæ Deo virgines intonſos gerebant crines, ut patet ex Actis SS. Saturnini, & ſociorum martyrum, ex Actis S. Theodori martyris, & Septem Virginum apud Ruinartium, ex Ambroſio libro de Lapſu Virg. conſec. cap. 8, ex Optato Milevitano lib. 6, & ex Concilio Gangrenſi can. 17. Scribit tamen S. Hieronymus in Epiſtola ad Sabinianum, moris fuiſſe Ægypti, & Syriæ Monaſteriis, ut virgines, quæ ſæculo renuntiantes Deo ſe devoviſſent, *crinem Monaſte-*

Digitized by Google

ſteriorum matri offerrent deſecandum).

Mitra.

Præter velum mitram in modum coronæ in ſignum virginitatis profeſſæ deferre ſolebant. (Quia virgo eſt, inquit S. Iſidorus lib. 2 de Offic. Eccleſ. cap. 17., & carnem ſuam Sanctificare propoſuit, idcirco venia ſit illi, ut in Eccleſia notabilis, vel inſignis intoeat, & honorem Sanctificati corporis in libertate capitis oſtendat, atque *mitram* quaſi coronam virginalis gloriæ præferat in vertice). Atque ad hunc morem alludere videtur S. Remigius in Epiſtola ad Clodoveum regem, in qua de Alboſleda ipſius ſorore ita habet: (Chriſtus implevit, ut benedictionem virginitatis acciperet, quæ ſacrata non eſt lugenda, quæ flagrat in conſpectu Domini flore virgineo, quo ſcilicet & corona tecta, quam pro virginitate ſuſcepit). Johannes Buſchius in lib. 2 de reformatione Monaſteriorum, cap. 18, tradit S. Bernwardum Hildesheimenſem Antiſtitem quaſdam moniales (per coronæ virginum impoſitionem, & annuli ad annularem digitum earum traditionem vice Chriſti) deſponſaſſe. Hanc mitram, ſeu mitrellam ex lana, auro, purpuraque contextam fuiſſe colligimus ex Optati lib. 2, & 6.

Annulus.

De annulo, qui velatis virginibus ab Epiſcopo dari præcipitur in Ordine Romano, nihil in antiquioribus Sacramentorum libris ms. Sed neque apud auctores aliquid mihi reperire licuit; immo S. Germanus Antiſſiodorenſis Epiſcopus S. Genoveſæ a ſe benedictæ inter alia inhibuit, ne ullum in collo aut *digitis* ornamentum, quo ſæculares feminæ uti conſueverant, deferret. Poſtmodum tamen uſus ille paſſim invaluit, maxime apud eos, qui Romanos ritus in ſe tranſtulerunt, ut ad inſtar ſponſarum Deo cum annulo conſecrarentur, cujus veræ dici poterant ſponſæ.

Hoſtia Conſecratis data ad communicandum per octo dies.

Peracta hoc modo virginum conſecratione, Epiſcopus Miſſam proſequebatur, in qua conſecratæ communicabant, & de ipſa communione ad ſequentes dies octo reſervabant, ut inde communicarent. Hunc ritum, qui præſcribitur in Ordine Romano, habes in antiquis Codicibus ms. quamplurimis, in Turonenſi annorum minimum 800, in Salisburgenſi Pontificali annorum 600, in Remenſi S. Remigii annorum 500, in duobus tribuſve aliis Remenſibus B. Mariæ, in Abrincenſi Monaſterii Savinienſis annorum circiter 400, in Noviomenſi Monaſterii Compendienſis, in Pariſienſi annorum 300. In quibuſdam tamen recentioribus, ut in Cameracenſi, & Arelatenſi Pontificalibus, atque in Mimatenſi, quod fuit uſui Johanni *Sairebruche* Epiſcopo Catalaunenſi, tantum præſcribitur, ut tribus diebus communicent.

Virginum conſecratio quamdiu duraverit.

Denique ne quis virgines Sacras vi, aut arte aliquando corrumpere poſſet, ſub fideli cuſtodia tradebantur iis, qui de earum integritate reſponderent. Id præſertim inſtitutum eſt propter eas, quæ in domibus paternis, aut laicorum manſionem elegerant. Nam Sanctimoniales abbatiſſæ committebantur. Viguit autem in Eccleſia latina ad annum uſque milleſimum uſus ille benedictionis virginum, quæ ſolo continentiæ voto contentæ, velo, & habitu ſibi proprio notabiles, in paternis propriiſque domibus habitabant. In græca vero ſub finem ſæculi XII jam pene defecerat. Audiendus Theodorus Balſamon, qui poſt annum 1191 ſcripſit: (Hodie Conſtantinopoli nec ſunt virgines cum laicali habitu, nec eſt virginum domicilium, quod Parthenon dicitur. Solus autem ille Thebarum metropolitanus Caloſtenes ſe-

ſecit Thebis Parthenonem, & laicas in ipſo virgines ordinavit. Et ideo æternum eſt hoc ejus monumentum, eique hoc nomine gratia agenda eſt.) Longe diutius in latina Eccleſia perſeveravit Sanctimonialium Solemnis ab Epiſcopo benedictio. Ejus mentionem facit concilium Oxonienſe anni 1222, canone 38, decernens, ut (ſola monialis conſecrata deferat annulum, & uno ſolo ſit contenta.) In charta inſtitutionis Monaſterii B. Mariæ de Furnis, anno 1239, permittitur Epiſcopo Avenionenſi conſecrare moniales. Thomas Cantipratenſis, qui circa idem tempus florebat, in lib. 2 de Apibus cap. 29, n. 30, agit de Solemni virginum conſecratione ab Epiſcopo tanquam de re ſuo tempore uſitata. In promptuario antiquitatum Tricaſſinarum Nicolai Camuſatii extat charta Epiſcopi Tricaſſini anno 1324, ſanctimonialibus B. Mariæ Trecenſis permittens, ut a quocumque vellent Epiſcopo *benedictionis munus* recipere valeant. Anno 1444, die Auguſti menſis 8, Turonenſe S. Martini capitulum permiſit Turonenſi Archiepiſcopo aut cuivis alii Pontifici velari duas Bellimontis Sanctimoniales, ut legi in regiſtris ejuſdem capitul. Denique in Synodo Auguſtana anni 1548, can. 21, agitur de Virginum conſecratione, & S. Carolus Borromæus in concilio IV Mediolanenſi ſtatuit, ut (Religioſua iſte & vetus moniales ſolemniter velandi mos his temporibus antiquatus eſt, ad priſtinum uſum ex veteri inſtituto, & ritu revocetur, dummodo intra Monaſterium id fiat.) Viget adhuc hodie Venetiis, ubi anno 1685, referente Mabillonio in Itinere Italico pag. 35: (Die Dominica apud S. Zacchariam facta eſt a Patriarcha ſex nobilium Benedictinarum conſecratio, quæ aliquot a profeſſione annis fieri ſolet cum magna pompa, & multo apparatu. Poſt lectam Miſſæ Epiſtolam Patriarcha ad chorum Virginum accedit, & peracto conſecrationis ritu, omnes, qui in conſecratarum virginitatem aliquid tentare auſi fuerint, diris vovet.) Perſeveratque hactenus apud Sanctimoniales Carthuſianas Solemnis ab Epiſcopo Virginum conſecratio, cujus ritum poſtea referemus. Sed & hodie in Andegavenſi B. Mariæ de Charitate Parthenone, (Roncerejum vulgo appellant) fit Virginum conſecratio ab Epiſcopo.

Cabaſſutius: Olim in Eccleſia duo erant Sanctimonialium genera, quæ ſe perpetuæ continentiæ voto aſtringebant, ſcilicet Diaconiſſarum, quæ viduæ erant, de quibus ſuperiori diſſertatione abunde tractatum eſt, atque Sacrarum Virginum. Tertullianus lib. de veland. virginibus, Virginea utpote verecundiores, ſolitudini aptiores, & externarum rerum ſollicitudini minus idoneas, a Diaconatu excluſas, teſtis eſt locuples: *Ad quam ſedem* (inquit) *præter annos ſexaginta non tantum univiræ, ideſt nuptæ aliquando eligantur, ſed matres, & quidem educatrices liberorum: ſcilicet ut experimentis omnium affectuum inſtruere facile norint cæteras & conſilio, & ſolatio juvare.* Immo addit ad monſtrum eſſet ſi virgo in hujuſmodi ſtatu conſtituatur. Quod vero ſuperius de Diaconiſſis obſervavimus, fuiſſe illas habitu, & veſte a laicis diſtinctas; hoc idem ſacris virginibus pariter commune erat, ut addidimus, & concilii Carthaginenſis quarti, can. 11, ita ſtatuentis: *Sanctimonialis virgo, dum ad conſecrationem ſuo Epiſcopo offertur, in talibus veſtibus applicetur, qualibus ſemper uſura eſt profeſſioni, & ſanctimoniæ aptis.* Virginum ſacrarum habitus erant pulla veſtimenta, tunica, pallium, cingulum, & capitis velamen, dicente Hieronymo epiſt. 22: *Solent quædam cum futuram virginem ſpoponderint, pulla tunica eam induere, & parvo operire pallio.* Idemque Epiſt. 5 ad Demetriadem: *Vili tunica induitur, viliori tegitur pallio.* Idem etiam ad Marcellam epiſt. 23. *Pulla tunica minus cum humi jacuerit, ſordidatur.* Et de cingulo ibid. *Cingulum laneum, & tota ſimplicitate puriſſimum, quod poſſit magis aſtringere veſtimenta, quam ſcindere.* Apud Concilium Nicænum

num actione 4, Aſterius ita refert de Sancta Euphemia Virgine, & Martyre Calchedonenſi: *Aſtabat virgo pulla veſte, & Pallio Philoſophiam profeſſa*.

De ſacro Virginum velo ſic Tertullianus, de virgin. velandis c. 5. *Vera, & tota, & pura virginitas nihil magis timet, quam ſemetipſam: etiam feminarum oculos pati non vult, alios ipſa oculos habet, confugit ad velamen capitis, quaſi ad galeam, quaſi ad clypeum, qui bonum ſuum protegat adverſus ſuſpiciones, & ſuſurros*. Hieronymus ad Demetriadem: *Scio ad imprecationem Pontificis flammeum virginale ſanctum operire caput*. Quo etiam loco docemur, benedictione ſolemni ſolitum ſanctificari per Epiſcopum, & ſacræ virginis capiti velamen imponi. Ambroſius lib. 3 de virgin. cap. 1, ſcribit de Marcellina ſorore ſua, *fuiſſe Romæ ad S. Petrum, ipſo Salvatoris Natali die, a Liberio Papa conſecratam virginem, cum propoſitum virginitatis ipſa veſtis mutatione ſignaſſet*. Crinium in virginitatis, aut viduitatis profeſſione tonſionem, ſolemnis fuiſſe in quibuſdam Eccleſiis conſuetudinis, in Syria præſertim, & Ægypto, teſtis eſt Hieronymus epiſt. 48, quæ tamen non ubique viguit conſuetudo, cum ſcribat Ambroſius ad Virginem lapſam cap. 8, ſolito alibi tondere capillos in ignominiam, & delicti pœnam, ſi lapſa virgo in pœnitentiam redacta eſſet.

Jam ſupereſt, ut de virginum ordinationibus diſſeramus. Adhibenda diſtinctio eſt, quam ſatis evidenter Leo Magnus inſinuat epiſt. ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum, inquiſit. 15, inter propoſitum virginitatis cum habitu conjunctum, ſeu veſte, qua virginitatem profeſſæ amiciebantur, & ipſam conſecrationem, quæ a nullo alio, quam ab Epiſcopo fiebat ritu ſolemni. Ex teſtimonio enim ipſius Leonis mox adducendo conſtat moris fuiſſe, ut virginitatem profeſſæ non ſtatim a veſtitu, ſed interpoſito longioris temporis intervallo conſecrarentur. Et ſane probabile eſt a nubili ſtatim ætate, ſcilicet duodecim expletis annis, potuiſſe per ſpontaneam perpetuæ virginitatis profeſſionem religioſo habitu indui: dilata in aliud tempus ſolemni conſecratione. Sic enim reſcribit Epiſcopo Narbonenſi Leo Magnus. *Puellæ, quæ non coactæ parentum imperio, ſed ſpontaneo judicio virginitatis propoſitum, atque habitum ſuſceperunt, ſi poſtea nuptias eligant, prævaricantur, etiamſi conſecratio non acceſſerit; cujus utique non fraudarentur munere, ſi in propoſito permanerent*.

Virginum Deo palam dedicatarum duo alia diſtinguebantur genera: quædam enim in parentum ædibus cum ipſis verſabantur, cujuſmodi fuerunt Sanctæ Marcella, Euſtochium, Principia, Demetrias: aliæ in Monaſteriorum ſeptis religioſam vitam a perſonis ſæcularibus ſejunctæ degebant. Quæ primi generis erant, in communem Eccleſiam cum laicis ad ſacra vel audienda, vel percipienda conveniebant, ad deſtinatam ſexui femineo Templi medietatem, quæ viris inacceſſa erat; ſed tamen ſanctimoniales ejus partis locum penitiorem occupabant, ſanctuario viciniorem, laicas feminas a tergo habentes etiam interpoſito ſepto ſejunctas: ut ex Ambroſii epiſtola ad Virginem lapſam colligitur, cap. 6. Aliæ, quæ in monaſterium receſſerant, ſtrictiori diſciplina & clauſura circumſepiebantur, neque ad earum ſacellum ullus laicis, aut religioſis etiam perſonis externis patebat aditus: cum eſſet ſacellum ac oratorium in Parthenonis, ſeu Monaſterii penetralibus intimis: ſed probatiſſimæ vitæ Sacerdos, qui Miſſam intus celebraret, & Sacramenta miniſtraret Monialibus, hac conditione, ſeu præſcripta lege, ut ſacro expleto miniſterio quam primum regrederetur. Concilium Epaonenſe ſub Hormiſda Pontifice habitum hanc præſcribit cautionem can. 38. *Monaſteria puellarum niſi probatæ vitæ, & ætatis provectæ ad quaſcumque earum neceſſitates, vel miniſtrationes permittant intrare. Ad faciendas vero Miſſas qui ingreſſi*

(*e*), quod verbum apud Ægyptios idem ſonat, ac apud nos *Moniales*

greſſi fuerint, ſtatim exacto miniſterio regredi feſtinabunt, alias autem nec Clericus, nec Monachus juvenis ullum ad puellarum congregationem habebit acceſſum, niſi hoc aut paterna, aut germana neceſſitudo probetur admittere. Eaſdem iterant præcautiones circa Miſſam, quæ intro intima clauſtra in oratorio Monialium celebranda erat, poſteriora Epaonenſi habita Concilia ſub Leone Papa tertio, & Carolo Imperatore Magno: ſcilicet Turonenſe tertium can. 29, Cabilonenſe ſecundum can. 16, Arelatenſe ſextum can. 7, & ſub Ludovico Pio Aquiſgranenſe part. 1, can. 27. Nunc vero temporis Monialium Eccleſiæ extra clauſtra ædificantur, ut ſit externorum ad eas liber acceſſus; ſtatio autem Monialium, & Chorus, ut ſint externis inacceſſibiles, clauſtris includuntur. Quod autem ſpectat ad eas Virgines, quæ proprias parentum ædes incolebant, illuſtre præbent exemplum tres Sancti Gregorii primi Pontificis amitæ, invicem ſorores, Tarſilla, Æmiliana, & Gorgonia virginitatis voto Deo conſecratæ, de quibus ita idem Sanctus Gregorius hæc teſtatur homil. 8 in Evangelium. *Uno omnes ardore converſæ, uno eodemque tempore ſacratæ ſunt, ſub diſtrictione regulari degentes in domo propria ſocialem vitam ducebant.*

Conſecrabantur ab Epiſcopo Virgines per manuum impoſitionem, & capitis benedictum velamen, nonniſi ab anno ætatis quadrageſimo, & ut in diſſertatione ſuperiori declaratum eſt, juxta præſcriptum Conciliorum Calchedonenſis, & Carthaginenſis, ſeu potius Agathenſis, Quiniſexti, & Novellæ Majorani Auguſti. Obſervandum tamen Concilio Carthaginenſi tertio, can. 4, affigi Diaconorum ordinationem, & Virginum conſecrationem anno ætatis viceſimo quinto. Qui canon habetur apud Gratianum c. placuit ut ante annos, diſt. 7. Concilium illud dico non ſecundum, ut volunt Baronius, & Binius, ſed vere tertium, ut probat Labbæus. Et iſto quidem ſpeciali jure Africanæ utebantur Eccleſiæ Virginum conſecrationis ab anno viceſimo quinto. Nam ſecundum Milevitanum Concilium hoc idem jus conſtituit, eamdemque præſcribit ætatem ad accipiendum virgineum flammeum; quin etiam plures allegat cauſas, ob quas tempus iſtud præveniri conveniat. Sic enim ejus Canone 26, ſancitur. *Item placuit, ut quicumque Epiſcoporum neceſſitate periclitantis pudicitiæ virginalis (cum vel petitor potens, vel raptor aliquis formidatur, vel ſi aliquo etiam mortis ſcrupulo periculoſo compuncta fuerit, ne non velata moriatur, aut exigentibus parentibus, aut his, ad quorum curam pertinet) velaverit Virginem intra viginti quinque annos ætatis, non ei obſit concilium, quod de iſto annorum numero conſtitutum eſt.* Qui canon iiſdem repetitur verbis in Concilio Africano can. 93, & in decreto Ivonis lib. 3. Citatus pariter in Concilio Turonenſi ſecundo can. 20, anni 567. Cum etiam in Concilio Arelatenſi ſecundo, can. 32, excommunicatione feriat puellas, quæ ſe Deo devoverunt, & *poſt annum viceſimum quintum ad terrenas nuptias ſponte tranſierunt*, argumento eſt, in Gallicanis Eccleſiis conſecrationem virginum eodem ætatis anno fieri ſolitam, ſicut in Eccleſiis paſſim Africæ. Nam eadem pariter decernitur ætas in virginum ſolemni ordinatione, in Capitulari Aquiſgranenſi ſub Carolo Magno. Quin etiam in Græcis Eccleſiis minor ad conſecrationem hujuſmodi aliquando conceſſa fuit ætas: ſanctus enim Doctor Baſilius in canonica, & receptiſſima ad Amphilochium epiſtola, can. 18, ad eam ordinationem Virginum non amplius exigit, quam ſexdecim annos completos. Quam eamdem deſignavit Tridentinum ſacrum Concilium ad regularem utriuſque ſexus profeſſionem. Synodus Trullana Quiniſexta can. 40 jubet, ut ex præſcripto S. Baſilii Virgines nullæ ante XVII annum velentur.

(*e*) Hieronym. ep. XXII ad Euſtoch. c. VI (p. 90, edit. Francfor.) Illæ in-

Digitized by Google

les (*f*). Iiſdem regulam dederunt S. Baſilius, S. Auguſtinus, S. Cæſarius Arelatenſis, S. Benedictus, Sanctus Franciſcus aliique, quos enumerare nil eſt neceſſe. Ex in ſingulis parthenonibus ſuis ſuas habent Antiſtitas exemplo Monachorum, quibus nihilo minus parent, quam Cœnobitæ ſuis Cœnobiarchis (*g*).

§.IV. Monaſteriorum alia iis clauſtris,

---

interim, quæ Sacerdotes ſuo viderint indigere præſidio, quia maritorum expertæ dominatum, viduitatis præferunt libertatem caſtæ vocantur, & *nonnæ*, poſt cœnam dubiam Apoſtolos ſomniant.

(*f*) Hoſpinian de monach. l. 1, c. 1, p. 3. (p. 5, edit. Genev. MDCLXIX.) Extat apud Hieronymum *Nonnæ* vocabulum, quo ad etiam genus hominum inſignitur, in Epiſtola ad Euſtochium virginem: *Maritorum expertæ dominatum* cætera. Apparet autem hoc verbum ab Ægyptiis in vulgi ſermonem veniſſe. Solent enim aliquoties res ejus gentis ſortiri vocabula, in quæ præcipue fuerint, aut inde natæ ſint. Ægyptus autem propter cæteras provincias monachorum gregibus abundavit ab initio & Hieronymi adhuc ætate. Quorum lingua, puto, monachos, & ſanctos *nonnos* fuiſſe vocatos: monachas, & virgines *nonnas*.

(g) Martene *loc. cit. cap. I*, §. *I*, & *ſeqq. pag.* 146. De electione, & ordinatione Abbatum, cum ex profeſſo jam tractaverimus tum in libro 5 de antiquis monachorum ritibus, tum in Commentario ſuper regulam S. P. Benedicti, pauca nobis dumtaxat hic obſervanda ſuperſunt. Abbatum autem benedictio alia eſt monachorum, alia canonicorum regularium. Horum nulla eſt mentio apud antiquos ſcriptores, nullus in Pontificalibus libris, aut Ritualibus ordo, quorum caracter ſexcentos paululum excedat annos. Nec ſane mirum, cum ad illa tantum tempora canonicorum regularium, quales modo videmus, origo repetenda ſit. At vero Abbatum monachorum ordinatio, & benedictio antiquiſſima eſt, cujus certa reperimus argumenta ab annis circiter mille ducentis. Nam in Regula S. P. Benedicti extat integrum caput 64, *de ordinando Abbate*, & cap. 65, dicit in quibuſdam monaſteriis *ab iiſdem ſacerdotibus*, ideſt Epiſcopis ordinari præpoſitum, a quibus & Abbas. Acta S. Maximini abbatis Miciacenſis, qui circa annum 520 diem clauſit extremum, cap. 5 teſtantur, Euſebium Epiſcopum (benedictionem, qua patres Abbateſque monachorum confirmari ſolent,) eidem impendiſſe. Quod Abbatiſſas ſpectat, S. Gregorius Papa lib. 6, epiſt. 11, ad Reſpectam Abbatiſſam Maſſilienſem ſcribens, jubet, ut poſt ejus deceſſum de congregatione eligatur alia, quæ ipſi ſuccedat, (quam ſi digna huic miniſterio judicata fuerit, ejuſdem loci Epiſcopus ordinet.) Sed & Radegundis ex potentiſſima Francorum Regina humilis Pictavienſis Parthenonis ab ipſa fundati, ſanctimonialis in epiſtola, quam refert Gregorius Turonenſis lib. 9 hiſt. c. 43, ſcribit, Agnetem monaſterii ſui abbatiſſam beati Germani Pariſienſis Epiſcopi benedictione conſecratam fuiſſe. Ex capitulis tamen Theodori Cantuarienſis Archiepiſcopi n. 2, *presbyter poteſt abbatiſſam conſecrare cum miſſæ celebratione*.

Abbates benedicendi debent eſſe presbyteri.

Ut autem Abbas benedici poſſit, ſacerdotio debet eſſe initiatus. Id ſtatutum fuit primum in Concilio Romano anni 826, canone 27, quamvis id jam longe antea quaſi pro lege haberetur, ut docent nos acta præcitata S. Maximini, in quibus unum ei defuiſſe dicitur, (quo inſigniri debet *ſecundum regularem ſanctionem*, qui monachis præeſt, ſacerdotale ſcilicet miniſterium: quod rogante S. Euſpicio ab Euſebio Epiſcopo accepit. Idem innunt acta S. Leobini Carnotenſis Epiſcopi. Fatendum tamen eſt, paucos in occidente abbates his legibus conſtrictos fuiſſe, cum plu-

Digitized by Google

ſtris ſcpta erant, ut ex iis pedem efferre fas minime foret, alia vero non ita clauſa, ut ex illis egredi integrum non eſſet. Statutum autem fuit, ut omnia Sacrarum Virginum Monaſteria iis muris, ac legibus cuſtodita eſſent, atque defenſa, quæ omnem egreſſum prohiberent. Tum Bonifacius VIII, cap. un. de ſtat. Monach. in 6, edicto cavit, *ut Moniales*

---

plurimi etiam poſt concilium Romanum ſub Eugenio ſecundo Presbyteri non fuerint, adeo ut in Concilio Pictavienſi anni 1078, c. 7, ſtatuere opus fuerit, ut Abbates diaconi, qui Presbyteri non ſunt, Presbyteri fiant, aut prælationes amittant.) At vero in oriente ſub finem ſæculi V, aut ineunte VI, omnes fere Abbates ſacerdotio fungebantur, uti demonſtravimus ex Commentario in regulam S. Benedicti pag. 888.

Benedictionis ritus. Baculus paſtoralis in benedictione Abbatis traditus.

(In Abbatis vero ordinatione Epiſcopus debet miſſam agere, & eum benedicere cum duobus teſtibus, vel tribus de fratribus ſuis, & dat ei baculum, & pedum.) Ita Theodorus Archiepiſcopus in capitulari n. 3, paucis deſcribit totum ordinem benedictionis Abbatis, in quo nihilominus nullam facit mentionem impoſitionis manuum ſuper caput ordinandi, quam tamen præſcribit Ordo Romanus editus, & mſ. in Pontificali Salisburgenſi, cujus character annos 600 ſuperat. Sed hic ritus non ubique videtur fuiſſe receptus. Unde & Ivo Carnotenſis Epiſtola 73, ad Bernardum Abbatem Majoris-monaſterii ſcribens, (Quod ergo, inquit, diſceptandum eſt de benedictione Abbatis, a quocumque Epiſcopo eam fuerit conſecutus, in qua nec fit manus impoſitio, nec conſecratio, ſed ſimplex oratio, in qua accepta ſalus ſubditorum nec minuitur, nec augetur.) Et revera in Libro Sacramentorum S. Gregorii Papæ unica dumtaxat legitur ratio *ad faciendum abbatem*. In Pontificali Egberti Eboracenſis Archiepiſcopi mſ. miræ, & venerandæ antiquitatis, & in Gellonenſi miſſali annorum 900, tres orationes habentur, nullis aliis præſcriptis ritibus. In Moiſacenſi tamen libro Sacramentorum mentio fit traditionis Regulæ, & baculi, cujus meminit Theodorus, quem proinde conſtat ab antiquo traditum fuiſſe abbati in ſua ordinatione, eoque inveſtiri ſolitum infinitis comprobare poſſet exemplis. Unde & qui curam paſtoralem exuere volebant, baculum in capitulo fratribus reſignabant, aut ſuper altare deponebant, vel Epiſcopo, aut regi, vel imperatori, ſi ad eos ſpectabat Abbatis electio, remittebant; qui ſucceſſorem, quem elegiſſent, baculo paſtorali donabant. Singularis erat ritus Cormeriacenſis Monaſterii, in quo abbas electus de tumulo S. Martini Turonenſis Epiſcopi baculum accipiebat: hunc ritum ita deſcribit mſ. liber S. Martini: Abbate (cedente, vel decedente, monachi afferunt paſtoralem baculum ad eccleſiam B. Martini, & in dextero latere capſæ B. Martini illum appodiant. Quo facto, mortem, vel ceſſionem Abbatis denuntiant capitulo noſtro, & petunt licentiam eligendi, qua data recedunt. Si autem in electione diſcordant, ad capitulum noſtrum diſcordia reportatur; & ibi pace, & judicio terminatur. Et ſi concordant, electum nobis præſentant, quibus eſt approbare. Et electione approbata, jurat electus capitulo in hunc modum: *Ego N. Sancti Pauli Cormeriacenſis modo Abbas inſtituendus ſuper hoc Sanctum Evangelium promitto, & juro obedientiam, ſubjectionem, & reverentiam huic Eccleſiæ B. Martini ejuſdemque capitulo &c.* Hoc facto decanus vel major perſona Eccleſiæ cum aliis ducunt Abbatem ad Altare B. Martini, & eum ibi de Abbatia reveſtiunt, tradendo ei baculum paſtoralem, & ita recedunt Monachi cum Abbate.) Abbatiſſis non dabatur baculus, ſed neque Canonicorum

tes profeſſæ ſub perpetua eſſent clauſura, ita quod nulli earum Religionem tacite, vel expreſſe profeſſæ ſit, vel eſſe valeat quacumque ratione, vel cauſa (niſi forte tanto & tali morbo evidenter aliquam laborare conſtaret, quod non poſſet cum aliis abſque gravi periculo, ſeu ſcandalo commorari) Monaſteria ipſa deinceps egrediendi facultas, nullique aliquatenus inhoneſtæ perſonæ, nec etiam honeſtæ, (niſi rationabilis, & manifeſta cauſa exiſtat, ac de illius, ad quem pertinuerit, ſpeciali licentia) ingreſſus, vel acceſſus pateat ad eaſdem; ut ſic a publicis, & mundanis conſpectibus ſeparatæ omnino ſervire Deo valeant liberius, &, laſciviendi opportunitate ſublata, eidem corda ſua, & corpora in omni ſanctimonia diligentius cuſtodire. Hanc Bonifacii Conſtitutionem ſeverioribus legibus, ac vinculis aſtrinxit Concilium Tridentinum ſeſſ. XXV, de Regular. cap. 5, quibus acceſſerunt recentiorum Maximorum Pontificum Conſtitutiones.

Cæ-

regnlarium Abbatibus, in qnorum antiqnis conſtitutionibus, quas manuſcriptas legi in codice inſignis Abbatiæ S. Genovefæ Pariſienſis annorum circiter 400, cap. 7, de Ordinando Abbate hæc legi: (Sciendum qnoque eſt, quod noſtra conſuetudo Abbatibus noſtris baculum nullo modo concedit.) Et in fine capitis: (Nec aliqua eum perſona præter priorem clauſtri poſt benedictionem Epiſcopi in ſede ſua ponere debet, maxime cum baculo careat; unde nec ad eum pertinet conſilia, ſive curias regum, vel principum frequentare.)

Mitra quando uti cœperint abbates.

De mitra, chirotecis, annulo aliiſque Pontificalibus ornamentis nullum prorſus verbum extat in noſtris Pontificalibus libris antiquioribus; quia abbatibus non debentur, niſi ex privilegio. Sæculo X, his potiſſimum gaudere cœperunt, id quod permoleſte tulerunt Epiſcopi, privilegiis ſuis inde non parum detrahi, licet falſo exiſtimantes. Unde cum quererentur quod in Conciliis, & ſynodis Abbates, quibus jus mitræ erat, non diſtinguerentur; hoc diſcrimen instituit Clemens IV, ut in Synodis exempti mitris aurifrigiatis, ſed ſine gemmis laminiſque aureis, vel argenteis utantur: non exempti ſimplicibus albis, & planis: In aliis vero locis utriſque iis uti liceat, quas ſedis Apoſtolicæ indulta permiſerint. At vero Præmonſtratenſes ex communi Conſilio Abbatum ordinis ſui ſtatuerunt, quod nullus Abbatum mitra, vel chirotecis utatur, (ne forſan ex ipſis ſupercilium elationis aſſumat, aut ſibi videatur ſublimis, cum his uti ſe viderit, quæ Pontificibus, & majoribus Eccleſiarium prælatis a Sede Apoſtolica ſunt conceſſa). Quod decretum confirmat Innocentius III, Epiſt. 196, ſtatuens, (ut ſiqua forſan Eccleſia laxioris Ordinis Præmonſtratenſium voluerit regulam profiteri, hujuſmodi Pontificalibus, etiamſi ea prius habuerit, ulterius non utatur). Thomas Cantipratenſis qui ſæculo XIII florebat, vehementer excandeſcit in quoſdam Abbates, qui mitris contra communem uſum utebantur; (quibus, inquit, non omnibus, ſed ſolis Epiſcopis licet uti. Abuſive tamen quidam Abbates de novo cum magna mole pecuniæ iis utuntur. Abuſive, inquam, niſi forte uſum paucorum dierum dixerim contra jura civilia, quæ uſum temporis non dicunt, niſi quem ætas legitima hominis in octoginta annis plenius approbaſſet. Certus ſum autem, quod iſtud niſi pauciſſimis, & ſpecialiſſimis Galliæ Monaſteriis, ut in Monaſterio S. Dionyſii & Cluniacenſis antiquis temporibus non fiebat: quibus tamen

hoc

Digitized by Google

Cæterum quæ de Monachis a nobis in hoc libro dicta ſunt, ea fere omnia congruunt, atque conveniunt etiam Sanctimonialibus (*h*).

---

hoc tunc propter vitæ eminentiam ſpiritualibus privilegiis eſt conceſſum.) Ita ille lib. 1 de Apibus miſticis, c. 6, n. 2. Sed neque adhuc hodie omnes Abbates mitræ ferendæ gaudent privilegio, nam Florinenſis in Diœceſi Leodinenſi hactenus mitram non defert.

De profeſſione Abbatum.

Quod autem ſpectat ad profeſſionem, & obedientiam, quam in ſua ordinatione abbas promittit Epiſcopo, ea non ſemper & ubique locnm habuit, maxime ab exemptis. Certe inſolitam fuiſſe Uticenſibus Abbatibus docet Ordericus Vitalis lib. 10 hiſt. ad an. 1099, eamque Lexovienſi Epiſcopo reddere cunctos conſtanter recuſaſſe. Innocentius II etiam redarguit Archiepiſcopum Rotomagenſem, quod a quibuſdam Abbatibus obedientiam exigeret, Spicilegii tom. 2, pag. 459. Et Urbanus II, apud Gaufridum Vindocinenſem lib. 2, Epiſt. 27, irritam declarat eam, qnam ab eo extorſerat Carnotenſis Epiſcopus, vetatque, ne in Gaufridi ſucceſſoribus aliquid hujuſmodi attentare præſumat. Unde & Fromundus, & Hubertus Vindocinenſes Abbbates ſine profeſſione benedicti ſunt a Gaufrido Epiſcopo Carnotenſi, ut teſtatur ipſe Gaufridus in Epiſtola ad Hubertum Abbatem apud Sirmondum in notis ad Epiſt. 27, lib. 2, Gaufridi Vindocinenſis. At vero Abbates Caſſinenſes neque Epiſcopo, neque Epiſcoporum Epiſcopo Summo Pontifici ab eo benedicti obedientiam jurabant. Unde cum Honorius II Seniorectum Abbatem Caſſini conſecraſſet, (poſtea cœpit ab eo Sacramentum vehementer exquirere, atque nt Romanæ Eccleſiæ fidelitatem faceret, omnino inſiſtere. Et fratres modis omnibus reniti, & contradicere, & hoc Caſſinenſes Abbates nunqnam feciſſe dicebant. Quibus Pontifex e diverſo reſpondebat, quia quod omnes fere Epiſcopi, Archiepiſcopi, & Abbates facinnt, Caſſinenſis abbas agere debet. Cui e diverſo noſtri dicebant, ideo ab illis Romanam Eccleſiam fidelitatem extorſiſſe, pro eo quod ſæpius in hæreſim lapſi contra Romanam Eccleſiam ſenſiſſent. Caſſinenſis vero Eccleſia numquam in hæreſim decidit, numquam contra fidem Apoſtolicam ſenſit. Qua ratione Papa accepta conticuit.) Ita Chronicon Caſſinenſe lib. 4, cap. 95: ſolebant tamen exempti Romano Pootifici obedientiam promittere. Fiſcannenſis abbas ita profitebatur. (Ego N. nunc ordinandus abbas Eccleſiæ Fiſcannenſis canonicam obedientiam, & reverentiam Summo Pontifici, ſuiſque ſucceſſoribus, & Eccleſiæ Romanæ perpetuo me exhibituram promitto, & propria manu confirmo.)

Jam vero ſi quis reſcire cnpiat, quibus precibus ritibuſque Abbates benedicerentur, in S. Gregorii Sacramentario unica eaque brevis ponitur *oratio ad faciendum Abbatem*. In pervetuſto Egberti Eboracenſis Archiepiſcopi Pontificali, in Anglicano Gemmeticenſis Monaſterii, ejuſdem conſecratio tribus peragitur orationibus, ſcilicet, *Concede, quæſumus, omnipotens Deus, ut famulum tuum* &c. *Deus, qui ſub tuæ majeſtatis arbitrio*, &c. *Super hunc famulum tuum, Domine* &c. In antiquo Miſſali Gellonenſis Monaſterii ante annos 900 exarato tres pro Abbatis, & Abbatiſſæ benedictione habentur orationes, quæ reperiuntur etiam in Ordine Romano, nempe *Cunctorum inſtitutor* &c. *Omnipotens ſempiterne Deus affluentem*, &c. *Domine Deus omnipotens, qui ſororem Moyſi*, &c. Verum hæc omnia ex ſequentibus Ordinibus longe melins intelliges.

(h) Berard. *in J. E. U. Part. I, Diſſert*

ſers. IV, *Tom. I*, *pag.* 125. Multa qui-
dem ſunt Monaſteria Sacrarum Vir-
ginum; item multa ſunt Sanctimonia-
lium, & Monachorum vitæ, atque in-
ſtitutionibus æque communia, quaſi ple-
rumque, ſeu tantum exceptis iis, quæ
ſingularem perſonarum conditionem ſpe-
ctant, ſaluberrimæ leges pro Monachis,
eorumque Cœnobiis editæ, ad Sanctimo-
niales, & ipſarum Monaſteria protrahan-
tur. Cap. 8, in fine de ſtatu Monacho-
rum ita ſcribebat: *Quoniam, non virorum*
modo Conventus ſunt, ſed etiam Virginum,
cætera quidem omnia, quæ hactenus præce-
pta tradidimus, atque utriſque communia
ſint. Id evenit ex eo potiſſimum, quod
eodem fere tempore ſive in viris, ſive in
fœminis prodiit Monaſticarum inſtitutio-
num origo, immo & iiſdem fere Regula-
rum auctoribus utraque Monaſteria dirigi
cœperunt; & virgines profitentes non no-
vum amplecti ſtatum, ſed ſtatum virorum
imitati viſæ fuerunt. Hinc quæ de propo-
nenda certa Regula Pontificia auctoritate
probata, de erigendis Monaſteriis auctori-
tate Epiſcoporum, vel Pontificum Maxi-
morum, atque in ea ſemel erecta indu-
cendis profeſſis, aut profeſſuris, de ætate
profitentium, annove tyrocinii, ſeu novi-
tiatus, de Prælatis, ſive Abbatibus eli-
gendis, confirmandis, inſtituendis, eorum-
ve officiis in inferiores, ac Monaſteria e-
xercendis, de tribus votis, quæ ad ſub-
ſtantiam ſtatus Monaſtici pertinent, aliiſ-
ve ſimilibus reſpectu Monachorum obti-
nent, etiam reſpectu Sanctimonialium ob-
tinere deprehenduntur, Cap. ult. de reli-
gioſ. domib. Cap. unic. eod. tit. in 6,
Cap. 43, verſ. *ſupradicta* de elect. in 6,
Can. 25, cau. 18, quæſt. 2, Concilio Tri-
dentino ſeſſ. 25, de Regular. Cap. 3. Cæ-
terum quædam ſunt Sanctimonialibus, ea-
rumque Cœnobiis ſingularia, quæ certas
ſanciri leges Monachis non communes po-
ſtulaverunt, ſive quod non æque Sancti-
monialibus concedi potuit juriſdictio re-
rum ſpiritualium, & ſacrarum, quæ con-
cedi potuit Monachis, ac præſertim Mo-
nachorum Prælatis, ſive quod adminiſtra-
tionis bonorum Monaſticorum munus non
æque opportune viſum fuit fœminis com-
mittendum, ſive quod ſexus debilioris in-
firmitas rigidiorem clauſuræ legem poſtu-
lavit; ſive denique quod a Sanctimoniali-
bus perraro curatum eſt, ut privilegia
exemptionum ab Epiſcopali juriſdictione
obtinerent; quapropter hodie, paucis Mo-
naſteriis exceptis, adhuc illæ obnoxiæ ſunt
Ordinariorum poteſtati juxta veterum Ca-
nonum diſciplinam; neque enim privile-
gia viris, eorumque Monaſteriis conceſſa,
ad Sanctimoniales, earumque Monaſteria
vi ſua extenduntur, argumento Canonis 8,
diſt. 100.

Itaque in primis ſingulare eſt in San-
ctimonialibus, ut rerum ſacrarum, & ju-
rium ſpiritualium poteſtas in Epiſcopo
reſideat, ad cujus officium ſpectet juriſ-
dictionem ſive in interno, ſive in externo
foro explicare. Ut rite ordinateque omnia
obſerventur, triplex in hoc propoſito eſt
jurium, ſeu poteſtatum genus. Alia enim
jura pertinent ad functiones Eccleſiaſticas
Hierarchicas, & Clericali ordini minime ad-
nexas. Alia ſpectant ad functiones quidem
Hierarchicas, ſed Clericali ordini minime
adnexas. Alia denique pertinent ad mo-
nita quædam, ac conſilia in levioribus
præſertim negotiis præſtanda. Sane ſi de
rebus omnino ſacris, & quæ ab ordine
clericali pendent, loquimur, ſive Sacra-
menta illa ſint, ſive Sacramentalia, ea
adminiſtranda ſunt a Sacerdote ab Epiſco-
po deſignato, Can. 12, cauſ. 18, qu. 2,
cap. 10, de pœniten. & remiſſion. & qui-
dem ſpecialiter; jamdiu enim obtinuit,
ut Sacerdotes ab Epiſcopo deſignati cauſa
adminiſtrandorum Sacramentorum in Diœ-
ceſi nequeant vi generalis deſignationis
poteſtatem ſibi factam in Moniales, &
in earum Eccleſiis exercere; immo ut ſi
quis ad certum tempus, vel ad certam
cauſam ſpecialiter deſignatus fuerit, nova
indigeat ſpeciali deſtinatione, ut elapſo
tempore, vel abſoluta cauſa exercere offi-
cium pergat. Hac in parte obſervanda

ab

Digitized by Google

ab Epiſcopo erunt Tridentina decreta, nimirum curandum ut Monialibus minime concedatur in Eccleſia interiore, ſeu intra Clauſuram Monaſterii ſacroſanctum Miſſæ Sacrificium celebrari, ſacramve Euchariſtiam cuſtodiri, ſeſſ. 25, de Regular. cap. 10, eamque ob cauſam minime concedatur Sanctimonialibus ſacris tabernaculi clavem ſervare, a Sacerdotibus, ad quos Sacramenti adminiſtratio pertinet, detinendam; item ut moveantur Sanctimoniales, quod ſaltem ſemel ſingulis menſibus ad Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ Sacramenta accedant, Clement. 1, §. *Sane* de ſtatu Monach., denique ut præter ordinarium Confeſſarium alius extraordinarius bis, aut ter in anno offeratur, qui omnium confeſſiones audire debeat, dicto cap. 10, Tridentino. Addunt nonnulli argumento Canonis 19, & 25, cau. 18, qu. 2, cavendum eſſe Epiſcopis, ne laicorum Confraternitates in Eccleſiis Sanctimonialium erigant, quo tutius ſacrarum virginum ſolitudini conſulatur; inſuper cavendum eſt, ut ſingulis diebus in Sanctimonialium Eccleſiis Miſſæ Sacrificium celebretur de more Conventualium Eccleſiarum, argumento Capituli 11, de celebrat. Miſſar. eademque ratione ut a Monialibus opera detur pſalmodiæ quotidianæ juxta receptum in unaquaque Eccleſia ritum, Cap. 9, juncta Clementina 2, eod. tit. in aliis, quæ proprie ſacra, ac ſpiritualia munera ordinique adnexa dici non poſſunt, ſed fere ſacra, aut ſacris cohærentia; modo receptum eſt, ut per Abbatiſſam, ſive Præfectam Monaſterio exerceantur, modo etiam per totum Sanctimonialium collegium, modo per Epiſcopum, modo etiam ita, ut Abbatiſſa gerente munus, vel collegio ſuffragia ferente auctoritas, aut præſentia Epiſcopi accedat; habet autem Abbatiſſa regulariter quaſi matrisfamilias poteſtatem, qua prædita Moniales corrigere, atque ad obſervandam Monaſterii diſciplinam ſalubribus præceptis urgere poſſit; præſertim ubi leviora negotia ſint, & quotidiana conſueta miniſteria; immo & aliquando aut ex conſuetudine, aut ex privilegio jus adquirere potuit inſtituendi in beneficiis a Monaſterio pendentibus, vel leviores quaſdam cenſuras, dixerim potius cenſurarum imagines inferendi, Cap. 12, de major. & obed. Cap. 14, de exceſſ. Prælat. juncto Cap. 11, de ſentent. excommunicat. quod potiſſimum, uti ex citatis capitibus liquet, in Gallia obtinuit, in qua fœminæ nobiliores aliquando juriſdictionem ſaltem per modum arbitrii exercere potuerunt. (1, p. 4, de arbitris, cui jungi poteſt Capitulum 13 de foro compet.) Scimus etiam Abbatiſſæ aliquando permiſſum, ut decimas ſemel Monaſterio quæſitas alicui concedat, Cap. 2, de his, quæ fiunt a Prælatis, item ut procuratoris vices pro Monaſterio peragat, Cap. 4, de Confirmat. utili, vel inutili. Collegium quoque Monialium certa poteſt exercere jura ſpiritualibus adnexa, veluti juſpatronatus, jus electionis Prælatæ, vel admiſſionis ſororum, aut his ſimilia. Verum ubi negotium aut gravius videtur, aut fere ad res ſacras, & religioſas accedit, tunc plerumque Epiſcopale judicium poſtulat. Hinc primo ad Epiſcopi juriſdictionem pertinebit, certum Sanctimonialium numerum præſtituere, ultra quem nulla recipiatur, Cap. unic. verſ. *Sane* de ſtatu Regular. cap. 3, juncto argumento Capituli 9, de Conſtit. Secundo curare, ut nulla puella ante annum duodecimum ætatis ſuæ ad ſuſcipiendum habitum monaſticum admittatur, quemadmodum neque ad profeſſionem ante annum decimum ſextum, & quidem nonniſi poſt abſolutum tyrocinii annum, Concil. Trid. ſeſſ. 25, de Regular. cap. 15, & 17, abrogatis vetuſtis canonibus, quibus aut puellæ adhuc intra infantiam admittebantur; Can. 7, cau. 20, qu. 1, aut anno tyrocinii renuntiari a profitentibus poterat, Cap. 16, de Regularibus. Sunt, non ignoro, qui ſentiunt, attenta Concilii Tridentini Conſtitutione adhuc permitti poſſe, ut puella minor duodecim annis habitum monachalem ſuſcipiat, propterea quod in dicto Ca-

Digitized by Google

Capit. 17, legat, nec majorem duodecim annis, neque *aliam* admittendam eſſe, priuſquam &c. Verum dum Tridentini Antiſtites *aliam* deſignaverunt, non minorem annis duodecim, ſed aliam quamcumque etiam multo majorem deſignare voluerunt, quemadmodum recepta docet Tridentini capitis interpretatio; & quidem juxta mentem Concilii, quod nullam ætatem etiam provectiorem exemptam voluit ab examinatione Epiſcopali, ut in eo capite traditur. Tertio ex dicto capite, 17 nulla puella vel ad ſuſceptionem habitus, vel ad profeſſionem admittenda eſt, niſi primum ſincera ejus profitendi voluntas ab Epiſcopo explorata fuerit, ac comprobata, unde liquet, bis ab Epiſcopo explorandam eſſe puellæ voluntatem, ſcilicet primum ante ſuſceptionem habitus, deinde ante profeſſionem. Quarto, licet verum ſit, nullam puellam admitti poſſe ſeu ad ſuſcipiendum habitum, ſeu ad profeſſionem, niſi ſanctimoniales conſenſerint Capitulariter, & poſt edita, perſpectaque majoris partis ſuffragia, præcedere tamen Epiſcopi conſenſum oportet; immò & dum puella habitum ſuſcipit, vel profeſſionem emittit, Epiſcopi erit & habitum donare, & profeſſionem excipere, Can. 3, cau. 20, quæſt. 2, niſi forte poteſtatem hanc vel conſuetudine vel privilegio Abbatiſſa ſibi fecerit ſingularem, argumento Capituli 4, qui Clerici vel voventes. Idipſum de Abbatiſſæ electione dicendum eſt. Quamquam enim illa jure a Monialibus ſuffragium ſecretum ferentibus facienda ſit, Cap. 47, de elect. in 6, Concil. Tridentin. ſeſſ. 25, de Regular. Cap. 6, & 7, ad Epiſcopum tamen pertinet electioni præeſſe, dicto Cap. 7, in fine, & electionem confirmare, quam confirmationem intra annum petere electa tenetur, Clement. 2, de ſtatu Monachor. In his autem rebus in eo verſabitur Epiſcopi officium, ut inveſtiget, ac curet, ne quidquam contra Canonum ſtatuta geratur, ex. gr. ne ante profeſſionem puellæ quidquam a monaſterio exigatur præter ea, quæ ad victum, & veſtitum neceſſaria ſunt, Concil. Tridentin. ſeſſ. 25, de Regular. cap. 16, ne minor annis quadraginta regulariter, & ante annos octo ab expreſſa profeſſione numerandos, aut extra ordinem ne minor annis triginta, & ante annos quinque a profeſſione eadem numerandos Abbatiſſa eligatur, dicta ſeſſ. 25, Cap. 7, ne regulariter ab alio Monaſterio advocetur præficienda, numquam autem duobus Monaſteriis quæquam præficiatur, dict. Cap. 7. Omittere non debeo, olim multiplex fuiſſe velum, quod ab Epiſcopis erat fœminis concedendum, nimirum receptionis, profeſſionis, conſecrationis, continentiæ, ordinationis, prælationis, addi poteſt & pœnitentiæ. Hodie ſuperſuerunt priora duo, receptionis quod habitum induentibus; profeſſionis, quod profitentibus, & voventibus imponitur. Alicubi etiam conceditur pœnitentiæ velum, quod fœminis datur, quæ *Convertitæ* appellantur, & quarum mentio fit in Concilio Tridentino ſeſſ. 25, de Regular. cap. 18. Velum conſecrationis olim concedebatur puellis jamdiu profeſſis, & quidem poſt annum vigeſimumquintum, ſi virgines eſſent, Can. 17, & 14, caus. 20, quæſt. 1, quemadmodum ſi eſſent viduæ de ſolitaria amplectenda vita ſollicitæ, velum, quod imponendum erat, velum continentiæ dicebatur, Can. 34, Can. 27, qu. 1. Velum ordinationis ſimile erat velo Diaconiſſarum, quo fœminæ ordinationem quamdam inſtar Diaconalis ſuſcipiebant poſt annum ætatis ſuæ quadrageſimum, Can. 23, cau. 27, qu. 1, ad quam ſpeciem referendum puto Canonem 13, cau. 70, qu. 1. Officium autem hoc velo indutarum erat, ut homilias publice in Eccleſia Monaſterii legerent. Denique velum prælationis Abbatiſſis concedebatur poſt annum ætatis ſexageſimum, Can. 12, cau. 20, qu. 7. In conſpectu iſtorum omnium facile concluditur, ad Prælatas Monaſteriorum pertinere jure ordinario Sanctimoniales corrigere, monitis ad Regulæ obſervationem, & monaſticæ vitæ cultum hortari inſtar ma-

matris familias, non veram, & propriam juriſdictionem in eaſdem exercere, deinde abſtinere omnino illas oportere ab iis, quæ hierarchiæ Clericalis ſunt, utpote quorum fœminæ ſunt penitus incapaces; in iis denique, quæ, ita dixerim, medio loco ſunt poſita, & hinc proxime ad hierarchicas functiones accedere videntur, illinc etiam non Clericis poſſe competere ſaltem jure ſingulari, plurimum dandum eſſe locorum conſuetudinibus, monaſticis ſtatutis auctoritate Eccleſiaſtica confirmatis, privilegiis, aliiſque ſimilibus juribus, quibus tamen deficientibus nulla competat Sanctimonialibus juriſdictio, atque omnia in poteſtatem Epiſcopi conferantur.

Adminiſtratio bonorum temporalium ad Monaſteria pertinentium eodem jure ad Abbatiſſas pertinet, quo pertinebat olim ante invectas monaſticas exemptiones ad Abbates adminiſtratio bonorum ad Monaſteria virorum ſpectantium, Cap. 2, de his, quæ fiunt a Prælatis, Cap. 2, de confirm. ut. vel inut. Verum ſexus muliebris infirmitas & ſingularis Sanctimonialium clauſuræ lex poſtulavit, ut ab eo generali jure recederetur. Quamobrem obtinuit, ut, ſi de re gravi agatur, conſilium, & auctoritas Epiſcopi intercederet, cujus quoque auctoritate, aut conſenſu curatores bonorum conſtituantur, & coram quo adminiſtrationis ratio reddatur. Vix memoro vulgatum Juſtiniani Imperatoris privilegium in Novella 79, quo ſcilicet indultum fuit, ut lites Sanctimonialium ab Epiſcopo definirentur.

Opportunum quoque fuit ita Sacrarum Virginum conditioni proſpicere, ut ſingularis clauſuræ lex cuſtodiretur. Ad illam perpetuo hortati ſunt Sanctimoniales veteres Eccleſiaſtici Patres, non tamen eam firma, & generali lege induxerunt. Primo cautum fuit ſæculo quinto, & ſexto tum Eccleſiaſtica, tum Imperatoria auctoritate, ut abolerentur duplicia Monaſteria, ea ſcilicet, in quibus & Monachi, & ſanctimoniales habitarent, Can. 21, 22, 23, & 25, cau. 18, qu. 2. Deinde primum ſub Bonifacio VIII conſtitutum, ut clauſura a quibuſcumque Sanctimonialibus obſervaretur, Cap. 1, de ſtatu Regular. in 6, quod confirmatum fuit in Concilio Tridentino ſeſſ. 25, de Regular. Cap. 5, & pluribus recentioribus Maximorum Pontificum conſtitutionibus; immo & addidit Concilium Tridentinum in dicto Cap. 5, curandum Epiſcopis eſſe, ut extra mœnia urbium, vel oppidorum Virginum Monaſteria non erigantur, & ab erectis, quoad fieri commode poſſit, Sanctimoniales ad alia intra urbes, vel oppida ſita transferantur. Epiſcoporum autem potiſſimum curæ mandatum eſt, ut leges, quibus ea ſolitudinis ratio firmata eſt, obſerventur. Duas habent partes leges iſtæ. Prima eſt, ut nulla ex Sacris Virginibus Monaſterium egrediatur; altera ut nemo extraneus introire Monaſterium poſſit. Quod ſi Sacra Virgo egrediatur Monaſterium, non ſolum ab officiis ſiquæ habet, monaſticis cadit, aut ad ea obtinenda inhabilis redditur, ſed & excommunicationem incurrit; ſimilique excommunicationi extranei ſubjacent, qui Monaſterium ingredi auſi fuerint, dicto Cap. 5 Concilii Tridentini. Sunt tamen quædam receptæ, & quidem in utraque parte generalis regulæ exceptiones. Olim vigebat, ut in pœnam certi criminis de Monaſterio in arctius Monaſterium Moniales auctoritate Epiſcopi transferri poſſent, ut in ea ſpecie, qua ſimonia in receptione ſororum admiſſa fuiſſet, Cap. 40, de ſimonia; non tamen Abbatiſſæ ſolius auctoritate Sanctimonialis de Monaſterio in Monaſterium transferri poterat quamcumque ob cauſam; viſa enim fuit hæc res gravis, inconſulto Epiſcopo non gerenda. Sed hodie aliud viget, poſtquam firmioribus legibus conſtituta fuit clauſuræ ratio ita, ut, etiamſi Sanctimonialis e laxiore Monaſterio in arctius tranſferri ſe poſtulet, conſenſus Sedis Apoſtolicæ requiratur: quamobrem ea regula hodie tradi ſolet, ut tantum in caſibus in jure expreſſis Epiſcopus poſſit egrediendi facultatem concedere, aut tum demum, cum ne-

Digitized by Google

neceſſaria emergat cauſa, cui minime conſuleretur, ſi eſſet Apoſtolicæ Sedis diſpenſatio diutius expectanda. Quænam ſint cauſæ in jure probatæ, liquet ex Cap. unico de ſtatu Regulat. in 6, ex Concilio Trident. ſeſſ. 25, de Regular. Cap. 5, & ex Bulla Pii V, quæ incipit *Circa Paſtoralis*, & alia, quæ incipit *Decori*, nimirum cauſa magni incendii, vel infirmitatis lepræ, aut epidemiæ. Non adeo anguſtis finibus circumſcribitur Epiſcoporum poteſtas in diſpenſando ab altera legis parte, qua quis extraneus prohibetur, ne Monialium Monaſteria ingrediatur. Cum enim quotidiana fere emergere negotia poſſint, quæ poſtulent, neceſſario eam legis partem relaxari, viſum id fuit Epiſcoporum arbitrio reſervandum; qui tamen illud ſemper præ oculis habebunt, ut nunquam ea utantur facultate, niſi juſta ſubſit, eademque neceſſaria cauſa. Hinc, licet viſiteturis Epiſcopis ad ea Monaſteria ingreſſus patere debeat, ſi tamen agatur de electione Abbatiſſæ, cui extra clauſtra Monaſterii intervenire Epiſcopus poteſt, vetitum eidem fuit, ne ob eam cauſam Monaſterium ingrediatur, Concil. Trid. ſeſſ. 25, de Regular. Cap. 7, ex quo Regula confici poteſt, parcius Epiſcopos uti debere facta ſibi a Canonibus facultate, ac nonniſi tum, cum neceſſarium videatur, & extra Monaſterii clauſuram proſpicere utilitati Sanctimonialium minime poſſint. Reſpectu virorum ab Epiſcopo conceditur Monaſteria ingrediendi facultas Confeſſario, Medico, cæteriſque periclitanti Moniali ſubventuris, ubi juſta ſit, & neceſſaria cauſa; immo & quicumque Sacerdos in ſupremo neceſſitatis caſu, ſi præſto non ſit ordinarius Miniſter, ſeu ille, qui ex ſpeciali Epiſcopi mandato curam ſpiritualem Monaſterii gerit, unius Abbatiſſæ conceſſione ingredi Monaſterium libere poterit Sacramentum Pœnitentiæ proxime moriruræ adminiſtraturus. Item conceditur ab Epiſcopo ex neceſſaria cauſa Monaſterii œconomis, ſindicis, actoribus, villicis, atque opificibus univerſis, ubi alias opus illorum extra Monaſterium peragi nullo modo poſſet. Adde caſum, quo puella educationis cauſa in Monaſterio conſiſtens vellet teſtamentum facere; tunc enim notario, ac teſtibus ingrediendi facultas deneganda non eſſet, quoties puella teſtatrix gravi infirmitate detineretur, ne ad exteriorem januam, aut ad loca colloquiis deſtinata accedere valeret. Facilius ea facultas fœminis ab Epiſcopo conceditur. Non memoro in primis ſpeciem de puella Monaſterium ingreſſura cauſa ſuſcipiendi habitus, ineundique tyrocinii; de hac enim re nulla ſubeſt dubitatio. Dico, & poſſe illud concedi famulabus, quæ in Monialium obſequio ſunt, quibus etiam libere indulgetur, ut pro neceſſitate, aut utilitate ſacrarum Virginum modo a Monaſterio exeant, modo Monaſterium ingrediantur; item idipſum poſſe concedi puellis ingreſſuris cauſa educationis, dummodo Sanctimoniales collegiali forma eas admittere velint, eademque ratione viduis probatæ vitæ, non autem nuptis, ignorante, aut diſſentiente marito, niſi forte iſtæ a marito aut iniquam vim, aut inſidias patiantur. Quænam conditiones in puellis admittendis requirantur, fuſe explicat Barboſa de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat 102, num. 63, 64, 65.

Generalia hæc ſunt, ad Sanctimoniales Epiſcoporum juriſdictioni ſubjectas pertinentia. Sunt Monaſteria quædam ab Epiſcoporum juriſdictione ſingulari privilegio exempta, & ſubjecta vel Prælatis Regularibus, vel immediate Apoſtolicæ Sedi. Ut Apoſtolicæ Sedi immediate ſubjicerentur, obtinuerunt nonnulla Monaſteria, vel impetratis ab eadem Sede Apoſtolica privilegiis ſingularibus, vel ea conditione adpoſita in limine fundationis. Ut ſubjicerentur Prælatis Regularibus, id quidem aliquando in limine fundationis cautum eſt, vel ſpecialis Sedis Apoſtolicæ privilegio indultum; aliquando tamen ſenſim contigit. Siquidem apud veteres, ubi erant duplicia Monaſteria, virorum ſcilicet, ac fœminarum ejuſdem ordinis, Sanctimoniales

les

Digitized by Google

les a Monachis regebantur; quaſi cum communes eſſent monaſticæ inſtitutiones obſervandæ, iſtæ commodius a Monachis proponerentur, qui etiam curam bonorum temporalium opportunius ſuſcipiebant, ac gerebant. Immo & ubi nulla erant Monaſteria duplicia, ſed in eodem oppido, vel in eadem urbe Monaſteria virorum, & fœminarum proxima eſſent, alicubi obtinuit, ut Monaſteria fœminarum ſub regimine Monachorum conſtituerentur, Can. 24, cau. 18, qu. 2, quod tamen ante invectas monaſticas exemptiones ita fiebat, ut Monachi iidem æque ac Sanctimoniales Epiſcoporum juriſdictioni ſubeſſent, ac nonniſi ſerius factum eſt, ut Monachi cum primum ipſi exemptionum privilegia impetraviſſent, tum etiam curarent, ut Sanctimoniales regimini ſuo commiſſæ ab Epiſcopali quoque juriſdictione eximerentur. Itaque in iis Monaſteriis, quæ immediate Sedi Apoſtolicæ ſubjecta ſunt, ſolent hodie Epiſcopi jure delegato omnia peragere, quæ jure ordinario peragunt in Monaſteriis ſuæ juriſdictioni ſubjectis. In iis autem Monaſteriis, quæ non tam exempta ab Ordinario ſunt, quam Prælato Regulari ſubjecta, quamquam generaliter privilegii tenor ſit ſpectandus, Cap. 7, de privilegiis, regulam ponimus, qua fiat, ut, quæ in Monaſteriis Ordinario ſubjectis geruntur ab Ordinario, in ejus generis exemptis fiant a Prælato Regulari, iis exceptis, quæ ſingulari jure Epiſcopo vel privative reſervata ſunt, vel cumulative cum Prælato Regulari conceſſa, quemadmodum demonſtrant plura Concilii Tridentini Capita, item plures recentiores Pontificum Maximorum Conſtitutiones. In primis obtinuit, ut nulla ne exemptarum quidem Monialium Monaſteria in Diœceſi, non conſentiente Epiſcopo, conſtruantur, dicto Concilio Tridentino ſeſſ. 25, de Regular. cap. 3, præterea ut Regulares in Eccleſia Monialium prædicaturi benedictionem ab Epiſcopo petere teneantur, dicto Conc. Tridentino ſeſſ. 5, de reform. Cap. 2, item ut Confeſſarii exemptarum utut a Prælato Regulari electi, probari, ac confirmari ab Epiſcopo debeant, ſive illi ordinarii ſint, ſive extra ordinem dati, conſtitutione *Inſcrutabili* Gregorii XV, ubi etiam legitur, poſſe Epiſcopos monere Prælatos Regulares, ut pravos adminiſtratores amoveant, iiſque non amoventibus, recta amovere, atque una cum Prælato Regulari rationem ſibi reddi adminiſtrationis, poſtulare; inſuper poſſe Epiſcopum intervenire, ſi velit, una cum Prælato Regulari electioni Abbatiſſæ; licet hæc per Prælatum Regularem ſit confirmanda. Non videtur quoque denegandum Epiſcopo, ut una cum Prælato Regulari curet, ne ſtatutus Monialium in ſingulis Monaſteriis numerus excedatur, juxta Cap. 3, Tridentinæ ſeſſionis 25, de Regular. item ut per ſe conſenſum Virginis exploret, ſive habitum ſuſcepturæ, ſive profeſſionem emiſſuræ, Cap. 17, ejuſdem ſeſſionis. Præ cæteris clauſuræ lex, ſive ut eadem obſervetur, ſive ut ab eadem ex cauſa legitima diſpenſetur, Epiſcopali curæ, excluſo Regulari Prælato, committitur, Cap. un. de ſtatu regul. in 6, Cap. 5, dictæ Tridentinæ ſeſſionis, & Conſtitutione Pii V, quæ incipit *Circa Paſtoralis*, adeo ut Epiſcopus poſſit etiam Regulares adverſus eam legem delinquentes punire, dicta Conſtitutione *Inſcrutabilis* Gregorii XV. Hinc Epiſcopus poterit clauſuræ cauſa ea Monaſteria viſitare, eam ſervandam, atque, ubi opus, reſtituendam mandare; &, ſi quando contingat, Sanctimonialem ex juſta cauſa e Monaſterio exire debere, Epiſcopi neceſſaria erit auctoritas, eodem modo, & iiſdem in caſibus quibus diximus de Sanctimonialibus minime exemptis. Quod vero attinet ad facultatem aliquibus concedendam, ut Monaſterium ingredi poſſint, id quidem ſemel in anno Viſitatori Regulari permittitur, quemadmodum & Confeſſario, quotieſcumque neceſſitas poſtulet, juxta Conſtitutionem 156 Alexandri VII, quæ incipit, *Felici*; ſed ſi Viſitator e re eſſe cenſeat, ut pluries in anno viſitet, id demum facere poterit

Digitized by Google

cum præſentia Epiſcopi, vel alterius Eccleſiaſticæ Perſonæ ab Epiſcopo deſignandæ. In cæteris ſpeciebus, quibus alicui permittendum ſit ex cauſa jure probata, ut Monaſterium ingrediatur, aliquando receptum fuit, ut ea facultas a Prælato Regulari concederetur, juxta interpretationem, quæ adfingebatur ad ea verba Tridentini Concilii ſeſſ. 25, cap. 5, de Regular. *ſine Epiſcopi, vel Superioris licentia*. Hodie vero, ut obſervavit Benedictus XIV in lib. 13 de Synodo Diœceſana Cap. 12, num. 23, receptum eſt, ut, ubi conſuetudo viguit, facultatem a ſolo Prælato Regulari concedi, ita conſuetudo eadem temperetur, ut non aliter cuipiam ſuffragetur facultas a Prælato Regulari conceſſa, quam ſi præterea fuerit ab Epiſcopo comprobata.

F I N I S.

VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA ROMA

I N-

Digitized by Google

INDEX

QUÆSTIONUM.

QU. I.

Cuinam ſuccedunt in Eccleſia Monachi, ſeu Regulares? Pag. 1

QU. II.

Evangelica paupertas, atque Apoſtolica vivendi ratio quamdiu viguit in Eccleſia Hieroſolymitana? 4

QU. III.

Hæc tam præclara vivendi ratio obtinuit ne etiam in Eccleſia Alexandrina? 6

QU. IV.

Eccleſiæ Hieroſolymitanæ exemplum præter Alexandrinam aliæ ne Eccleſiæ ſequutæ ſunt? 14

QU. V.

Cedo, num aliqui ſaltem, ſi non omnes, aliarum Eccleſiarum Fideles Hieroſolymitanæ Eccleſiæ exemplum ſecuti ſunt? Numne Aſcetæ in horum numero ponendi? 17

QU. VI.

Hi Aſcetæ, quandonam Monachorum nomen ſumpſerunt? 20

QU. VII.

Quamnam Monachorum ſeu Regularium definitionem nobis tradis? 22

QU. VIII.

Quamnam Religioſorum Ordinum affers partitionem? 31

QU. IX.

Quæ cauſa tam multiplices Religioſorum Virorum Ordines pariendi? 43

QU. X.

Eadem ne modeſtiæ virtus enitet in noſtrorum temporum Chriſtianis, ac in primitivis Fidelibus? 72

QU. XI.

Parem ne in divitiis contemnendis animi magnitudinem gerunt noſtrorum temporum Chriſtiani, ac primitivi geſſerunt Fideles? 76

Digitized by Google

QU. XII.

Elucet ne modo ea in victu temperantia, quæ inprimitivis Fidelibus eluxit? 80

QU. XIII.

Ubinam modo ii Chriſtiani, qui diurna nocturnaque prece Deum colunt, uti primitivi Fideles? 85

QU. XIV.

Ullus ne modo Chriſtianorum Ordo, qui cavet, ne quid vacivum tempus ſibi duit, uti primitivi Fideles cavebant? 89

QU. XV.

Ecquem modo mihi dederis Chriſtianorum Ordinem, qui primitivorum Fidelium inſtar corpus ſuum in cruciatum dent, ut cupiditates ſuas coerceant, domitaſque habeant? 100

QU. XVI.

Idem ne nunc Virginitati ſtat honor, qui primis ſtetit Eccleſiæ temporibus? 107

QU. XVII.

Ulla ne modo Chriſtianorum claſſis, a qua omnis etiam prænominum faſtus abſit, uti ab primitivis aberat Chriſtianis? 119

QU. XVIII.

Ubi nunc ea miſerorum hominum cura, quæ in primitivis enituit Chriſtianis? 124

QU. XIX.

Eamdemne orborum filiorum curam gerunt noſtrorum temporum Chriſtiani, quam primorum Sæculorum Fideles, gerebant? 139

QU. XX.

Captivos redimendi Cura major ne apud priſcos Fideles, an apud noſtrorum temporum Chriſtianos? 145

QU. XXI.

Viget ne etiamnum ſtudium Religionis propagandæ, uti viguit apud primitivos Chriſtianos? 152

QU. XXII.

Ubinam noſtris temporibus illa Martyrum fortitudo, atque conſtantia, quæ priora Eccleſiæ Sæcula tantopere illuſtrarunt? 160

QU. XXIII.

Quinam modo locum tenent antiquorum Patrum, qui ſcriptis ſuis hæreticos oppugnarunt? 170

QU. XXIV.

Quodnam eſt Monachorum officium, ac munus? 175

QU. XXV.

Sunt ne alia officia, ac munia, quæ monachi, ac Regulares obeunt, & præſtant? 183

QU. XXVI.

Quibus rationum momentis Monachorum immunitates defendis? 194

Q.U.

Digitized by Google

QU. XXVII.

Ullam ne in Conciliis ſubſellii, ſuffragiique jus largiris Cœnobiarchis? 205

QU. XXVIII.

Quænam requiruntur, ut quis in Monachorum ſeu Regularium virorum album referatur? quodnam illis Tirocinium præcipis? 207

QU. XXIX.

Quid habes de Profeſſione, quam emittunt Regulares? 214

QU. XXX.

Quas pœnas conſtituis in Monachos ſui Ordinis deſertores? 227

QU. XXXI.

Nullum ne verbum facis de Virginibus ſacris? 232

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Google